UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Syntagma Ivris || Vniversi, Atqve Legvm || Pene Omnivm Gentivm, Et || Rervm Pvblicarvm Præcipvarvm,||

**Grégoire, Pierre**

**Francofurti ad Mœnum, M.D.XCIX.**

**VD16 VD16 G 2999**

Liber XXVI. De Redhibitione gentilitia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-97739

Visual Library

# DE REDHIBITIONE GENTILITIA, LIBER XXVI.

## De frequenti inter nationes plures conſuetudine redhibendi, & de redhibitionis finitione. Cap. I.

1 & 2 *Retractus gentilitius apud Romanos aliquando probatus iure pontificio, & Gallico, & aliarum nationum.*
2 *Iubileus Hebræorum.*
*Vicinis ius prælationis in emtionibus rerum vicinarum, quo ordine olim, eod.*
3 *Retractus gentilitii ſynonyma.*
4 *Retractus gentilitius quid.*

1 M Eminerunt Cæſares † Valentinus, Theodoſius, &
Arcadius, dudum cõceſſum fuiſſe proximis, con-
ſortibuſque, vt ab emtione extraneos remoue-
rent, vt homines ſuo arbitratu vendenda non diſ-
traherent, *l. dudum, 14 de contrahen. emt. C.* Id fie-
bat offerendo, & ſoluendo venditori, vel reſtituendo emtori pre-
tium venditionis per proximiorem, intra annum & diem, *ca. con-*
*ſtitutus, de in integ. reſtitutio.* Hanc conſuetudinem in Gallia fere
tota ſeruari, tradunt Caſſanæus, *in commentariis ad conſuetudines*
*Burgundiæ, tit. des retraictz §. 1.* & Guillelmus Benedictus, *in repe-*
*titio. c. Raynutius, ad verba, & vxorem nomine, deciſio. 1. num. 156.*
*& deciſ. 5. num. 44.* potiſſimum in Aquitania. Et in Feudorum le-
gibus quoque obtinuiſſe, fidem quæ de his ſcripta iura ſunt, faci-
unt, *§. ſed etiam res. per quos fiat inueſtitura, lib. 2. Feud. tit. 3. §. fina.*
*qualiter poterat olim feudum alienar.* receptam & in patria Brian-
ſonii tradit Guido Papæus, *quæſt. 257.* in Picardia, Odofredus, *in*
*l. dudum, de contrah. emt. C.* Lutetiæ, Aquitaniæ, & in Germania
Nicolaus Boer. *in commenta. ad conſuet. Biturigum, tit. de retraict*
2 *linager, §. 1.* ¶ Apud † Hebræos redhibitio, vel redemtio rerũ ven-
ditarum duplex. Vna quam imitatur Solonis lex σεισαχθεία, ſeu
releuatio debiti, *de qua Plutarch. in politic.* Hebræi iubileum vo-
cant. *Sanctificabis,* inquit Dominus, *annum quinquageſimum, &*
*vocabis redemtionem omnibus habitatoribus terræ veſtræ: ipſe enim*
*eſt iubileus: reuertetur homo ad poſſeſſionem ſuam. & vnuſquiſq; ad*
*familiam priſtinam, Leuit. 25. & Numero. c. fin.* Alia redhibitio fie-
bat iure proximitatis, quo proximior in emtione, remotioribus
& extraneis præferebatur, *dicto cap. 25. Leuit. Ruth. 4 Hierem. 32.*
de hac nos loquimur. Exſtat Romani, & Michaelis, Imperatorum
Orientis, conſtitutio nouella, *in iure Orientali, lib. 1. in conſtitutio*
*ne Romani & Michaelis, titulo,* περὶ τῆς προτιμήσεως, *id eſt, de iure*
*prælationis meminit & Conſtantinus Harmenopulus, lib. 3. promtua.*
*iur. titu. 3.* qua cauetur, vt in venditione rerum immobilium, pri-
mum moneantur teſtato cognati, quos ſuccedere inquit, diximus
κατὰ τάξιν, id eſt, ordine: deinceps & illi, cum quibus res commu-
nes erant, etſi extranei ſint: poſtremo & vicini vniti aliqua ex par-
te rei: cum his moneri eoſdem, vt intra triginta dies verum pre-
tium, ſi velint, quod verus emtor daret, præſtent. Et poſt hæc li-
bere aliis poſſe alienare. Exſtat & Imperatoris alterius Orientis,
Phocæ alia conſtitutio, quæ hoc ius prælationis ſuſtulit proximis
3 & vicinis pauperibus, *dicto lib. 1. iur. Oriental.* ¶ Redhibitio † gen-
tilitia variis nominibus ab interpretibus, & iure dicitur: vt re-
demtio, ius προτιμήσεως, id eſt, prælationis ius, ius retractus, *iuxta*
*l. 1. de natur. lib. C. l. 1. de fundis rei priuat. lib. 11. C.* ius congrui, Gallis,
4 *retraict linager.* ¶ Finitio † autem ſubſtantiam omnem redhibi-
tionis huius euoluens hæc erit: vt ſit facultas redimendi rem im-
mobilem vẽditam, æquali pretio, iure proximitatis, intra certum
tempus competens. Quæ noſtra methodo tunc explicanda per
ſingula copioſius eſt: quod frequens eius ſit in vſu quæſtio: conſi-
derantes ordine, res, perſonas, & reliqua negotii propoſiti per no-
ſtram artem Syntaxeos. Diuiſionem huic huius retractus ſubſtan-
tialem nullam appoſuimus, cum de vnica tantum ſpecie eius ſer-
mo ſit inſtitutus: quamobrem & ad res properamus.

## De Rebus pro quibus locum habet Redhibitio gentilitia. Cap. 2.

1 *Redhibitio gentilitia quare tantum habet locum in immobilibus.*
2 *Mouentia ſeſe inter mobilia ſunt.*
*Mobilia non dicuntur, nec immobilia nomina, eod.*
3 *Reditus annui, & penſiones, quando inter mobilia, & immobilia.*
2 & 3 *Immobilia quæ dicantur.*
4 *Redhibitio gentilitia locum habet in vſufructu vendito.*
5 *Vectigalibus & portoriis.*
6 *Retrahi a proximis nequeunt, quæ venditor nuper quæſiuit.*
Biens de l'eſtoc *quid. eod.*
7 Noueaux acqueſtz *quid.*
8 *Limitanea regni.*
9 *Fines regni maxime a regibus obſeruandum, ne a priuatis pericu-loſe teneantur.*
10 *Vendita regi.*
*Regum admonitio de non vſurpandis priuatorum bonis. eodem.*
11 *Num confiſcata.*
12 *Non vendita ab eccleſia: contra ſi ei vendantur.*
*Eccleſia quomodo conſuetudine laicorum, & ſtatutis obligetur, eod.*
13 *Decimæ venditæ eccleſiæ, an retrahi a proximis poſſint.*
14 *Non heredibus vendita.*
15 *Non vna ex pluribus rebus venditis, vel pars ex toto.*
16 *Non vendita eccleſiis, vel ſcholis ædificandis.*
17 *Non feuda.*

Res quæ retrahi † poſſunt hoc iure, immobiles tantum ſunt: 1
non autem mobiles, *ita iudicatum refert Ioannes Lucius, li. 9.*
*placitor. curiæ, tit. 3. placito 1. tradit & Maſſuerius in præiudiciorum*
*tit. de retractu.* Mobilium rerum, vilis & abiecta eſt poſſeſſio, *l. ſi*
*rem mobilem, 47. de acqu. poſſ. P. l. peregre, 44. eod. titu.* vt & facile ab
ignorante amittatur, *glo. in proxime citatis legibus, & in l. ſi poſt ac-*
*ceptum, 18. de rei vind. P.* Et in his non cadit affectionis conſidera-
tio, cum natura illarum fluxa & mutabilis ſit, vt veſtigia maiorum,
virtutiſque memoria illorum retineri non poſſit. Et proinde ſine
ſolemnitate alienari poſſunt: diuerſum in immobilibus, *l. lex quæ*
*tutores, de adminiſtra. tut. C. l. ſi. C. quan. decre. opus non eſt, l. & ſi ſine,*
*§ quæſitum, de minor. P.* Quo fit, vt neq; bona mobilia, hypothe-
cæ nomine data, retrahi poſſint iure prioritatis, quod regula Gal-
lica dicimus, *que biens meubles n' ont point de ſuite, in conſuetu. Bur-*
*gun. tit. des rentes vendues a rachapt & inibi Caſſa. §. 3.* ¶ Inter † mo- 2
bilia, mouẽtia ſeſe annumerari poſſunt, vt animalia, *l. mouentium,*
*de verb. ſign. l. a diuo Pio, §. 2. de re iud. P.* At nomina neq; mobiliũ
neque immobilium nomine continentur, ſed tertium quoddam
genus faciunt, *d. § 2. l. a diuo Pio, & l. quam Tuberonis, §. in peculio,*
*de peculio, Aufrerius quæſtio. Tho. 315. Bald. in c. fin. de feud. cogn.*
*Alexan. conſ. 52. vol. 1.* ſi tamen ius conſideretur quod ex illis pen-
det, pro immobilibus inter immobilia non dubitandum annu-
meranda. *Alberic. in Dictionario iuris, in verb. mobilibus.* ¶ Annui
† quoque reditus, ſi illi perpetui ſint, & inter immobilia ſunt: ſi 3
breui tempore duraturi, inter mobilia, *Alcia. in l. mouentia, de ver.*
*ſign. per c. querelam, de electio.* Quæ & penſiones perpetuæ debitæ
eccleſiæ, eaſdem ſolemnitates exigunt, ſi alienentur, quas res aliæ
immobiles, *in l. iubemus & auth. hoc ius porrectum, de ſacroſ. eccleſ. §.*
*vult enim, de non alien. reb. eccleſ. col. 2. in Auth. l. ſin. §. præterea, de iu-*
*re dot. C. clementina exiui. §. cumque, de verb. ſign.* ita reditus, cenſus,
penſiones, inter immobilia annumerantur. Et ſancitum in Bur-
gundiæ conſuetudinibus, retractum hunc locum habere in cen-
ſibus perpetuis venditis, *in conſuetud. Burgund. tit. de retraictz §. 8.*
¶ In † fructibus tamen ſemel venditis, *in conſuetud. Turonen. c. 31.* 4
vel certo tantum tempore percipiendis, vel poſt aliquod tempus
redimendis, redhibitio gentilitia non admittitur, *glo. iuncto textu,*
*in tit. de non alien. reb. eccle. col. 2. cle. 1. de reb. eccleſ. non alien. l. ſin. de*
*requiren. reis,* ſi vſusfructus fundi vendatur, quia inter res immo-
biles computatur, vt pars fundi, *l. 2. & 4. de vſufru. lib. 7. P. tit. 1.* fa-
cit locum huic redhibitioni, *Matthæus de Afflict. in commentar.*
*ſupra ius protomiſeos. Caſſanæus in commen. ad conſuet. Burgund. tit.*
*des retraictz, in § 1 in verbo heritage, verſ. quæritur.* ¶ Idipſum † cen- 5
ſendũ in vectigalibus, & portoriis, quæ vocant guidagia, portoria,
pedagia, & in ſimilibus, quæ vendita ſubiiciuntur redhibitioni,
*Caſſa. in proxime citato loco,* quia hęc inter immobilia venire notat
Baldus, *in cap. 2. de feud. cognitio. & in c. 1. quæ ſunt reg. in vſib. feud.*

Placet

Placet etiam, ſi mobilibus pretioſis accedant quædam immobi-
lia, ne prætextu immobilium, mobilia redhibeantur, neque etiam
immobilia. Ridiculum enim eſt, vt pretioſius viliori cedat, § ſi quis
in aliena tabula, de rerum diuiſio. P. l. qua ratione, § ſed non vt literæ,
de acq. rerum domin. l. iuſtiſſime, de ædili. edict. vide Boerium ad con-
ſuet. Biturig. tit. de conſuetud. retract. §. 1. verſ. quid ſi permutans. vt ſę-
pe in permutationibus fit, c. ad quæſtiones, de rerum permut. ¶ Sed
6 † latius adhuc percurramus res immobiles, quę venditæ non poſ-
ſunt redhiberi a proximis, vel ob naturam rerum, vel ob priuile-
gium perſonarum, quibus væneunt, vnde & dulcidior erit notio
rerum quæ retrahi poſſunt. Primum itaq; locum non habet hæc
redhibitio, ſi venditor eas res, quas vendidit, nuperrime quæſiuit.
Quia tunc verum eſt eas non eſſe de genere, vel familia, vel e bo-
nis maiorum, antiquæ hereditatis, aut, vt cum conſuetudinibus
loquar, de l'eſtoc. Boerius in comment. ad conſuetudines Biturigum,
tit. de retract. §. 2. gloſſ. 1. verſic. quid ſi permutans, & in deciſ. 76. nu.
1. & conſil. 42. num. 9. Bald. conſil. 369. incipien. in præmiſſis, volum.
2. Maſſuer. in Praxi iudicio tit. de retract. §. 1. Caſſa. in conſuet. Burg.
in titu. de retract. in 1. in verbo ancien. Quod liberior ſit diſtractio
rerum a nobis acquiſitarum, quam aliunde relictarum, auth. preſ-
byteros, in 1. de epiſc. & cler. nec proximiorum in illis dicatur affe-
ctio eſſe, cum maiorum non fuerint, quorum ratione redhibitio
videtur inducta, l. ſi in emtione, de minor. P. Contrarium tamen ſer-
uari apud ſuos, & in Germania ſcribit Maſſuerius, in praxi titu. de
retract. §. 1. ſed communis vſus firmatur conſuetudine feudorum,
in quibus alienatio, aliis quam proximis fieri nō poteſt, ſi feudum
ſit paternum, vel antiquum: contra ſi feudum nouum, aut de no-
uo quæſitum, §. vnic. de ſucceſſio frat. lib. 2. Feud. ti. 11. ¶ Notandum
7 † tamen nouam acquiſitionem, & vt dicunt conſuetudines, nou-
ueaux conqueſtz, non dici ſi aliquando rem venditam per proxi-
mum, retraxerit: nam ea tunc maiorum cenſetur: quare ſi ven-
datur ab eo, huic iuri ſubiicietur, Boer. in d. §. 1. de retract. verſ. ſcien-
dum quod ſi quis. Item ſingulare quod obſeruat Boerius & alii,
rem quæ diu poſſeſſa fuerit, a venditore qui eam acquiſiuit, poſſe
retrahi per filios vltimi venditoris, Boerius deci. 76. nu. 10. per cap.
conqueſtus, & ibi Henricus Bollit. de in integ. reſtitut. Chaſſanæus ad
conſue. Burgun. tit. de retract. § 1. ad verbum, le plus prochain, verſi.
aduerte. Baldus conſil. 310. volum. 4. Ludou. Bologninus, conſil. 43.
8 ¶ 2. Liberum † non eſt ius retractus proximioribus vendentis, ſi
fundi, caſtrum, aliæve res in regni liminibus conſtitutæ vendan-
tur, & proximior, cui parum fidit princeps, aut res, velit retrahe-
re, l. quicunque, & l. fin. de fundis limit. lib. 11. C. l. 1. non licere habita-
tor. metroco. eod. lib. 11. C. quia fines publicos detineri a priuatis te-
mere non oportet, cum ſuſpicio mali imminet in rempublicam,
l. ſi legatum, §. de operibus pub. lib. 50. P. tit. 20. l. opus nouum, 3. de ope-
9 ribus pub. in P. ¶ Narrat † Ammianus Marcellinus, lib. 18. belli &
cladis Romanæ a Perſis ſuſceptæ, cauſſam prodiſſe ex Antonino
quodam, qui ex opulento mercatore euaſerat rationarius appa-
ritor, vexatus potentum iniuſtitia, & oneratus fiſci rationibus,
fundum pretio in Haſpide, qui locus vicinus Tigridis fluentis,
magno mercatus eſt iuxta oras Perſicas: vnde proditionem a nul-
lo animaduerſus molitus cum ſapore, qui pro Perſis oras circa
Tigridem obſeruabat regni. Fuerunt, pro finibus agrorum inter
priuatos, aliquando a paruis initiis atrocia bella: vt inter Ia-
pygas & Tarentinos in Italia, Diodo. Sicul. lib. 11. Bibliot. inter Co-
rinthios & Megalenſes, eod. Diodor. inter Egeſteos & Selinun-
tios, idem Diod. in 12. multo magis inter principes de finibus re-
gni conſeruandis curandum eſt, quos obſeruant diligentius &
pertinacius hoſtes, vt via facta regni potiora inuadant. ¶ Tertio
10 † ceſſat retractus in rebus venditis regi, vt iudicatum in ſuprema
Pariſiorum curia, in vigilia omnium Sanctorum, anno domini
1283. in cauſſa comitatus Guinenſis venditi Principi, refert Pa-
pus, lib. 11. Rhapſo. areſt. titu. 7. areſt. 11. iura quippe regum & eo ex-
tenduntur, vt conſuetudines poſſint abrogare lege, Bald. in auth.
hoc amplius, colum. 2. verſic. quæro an filii regis, C. de fideicom. & res
poſſeſſoribus nullo, aut modico pretio dato, adimere, l. ita verbe-
ratus, de rei vindic. P. l. Lucius, de euict. 1. Reg. c. 8. vtpote domini re-
rum regni, l. a Zenone, de quadrien. præſcript. C. l. deprecatio ad leg.
Rho. de iac. P. Et quod principi placuit, legis habet vigorem, l. 1. de
conſtitutio. princip. §. ſed & quod princi. de iure natura. apud Iuſtinia.
quamquam aliquando verum ſit, aliquos principes hac licentia ab-
uti, degenerante imperio paterno in tyrannidem: ipſi tamen vi-
derint, & ſciant, non omne quod licet honeſtum eſſe, nec ſemper
iuſtum: proponantq; ſibi exemplum Achabi regis, & quid illi ac-
ciderit, ob vineam ereptam Nabotho, præter illius voluntatem,
3. Reg. c. 21. & c. Achab. de pœnit. diſt. 3. qualeve iudicium D. Chry-
ſoſtomus tulerit de vinea ab Auguſta viduæ erepta. Meminerint
dignam eſſe vocem in maieſtate regnantis, ſe profiteri ſubditum
eſſe legibus, l. digna vox, C. de leg. ¶ In † bonis porro delatis ad fi- 11
ſcum per cōtractum, certe iuſtior eſt opinio, redhibitionem gen-
tilitiam locum habere, Boerius in deciſ. 279. quod in contractibus
inſtar priuati ſit, l. 1. de iure fiſc. lib. 10. C. & ſuccedens priuato eius
iure vtitur, l. 2. de fiſcal. vſur. lib. 10. C. l. cum quidam, §. fiſcus, de vſur.
P. neq; priuilegio vtitur, niſi quatenus expreſſe illi priuilegium
conceſſum reperitur, glo. in l. item veniunt, §. in publicorum, in ver-
bo publica, de petit. here. in P. & proinde ſi ratione pecuniariæ mul-
ctæ, quæ in ærarium, vel fiſcum exſoluenda ęſt, res alicuius diſtra-
hantur, vel fiſco addicantur, redhiberi a proximo poterunt: cum
rem ſuam perſequentibus pœnæ fiſcales poſtponantur, l. vni. pœ-
nis fiſcali, creditores præferri, lib. 10. C. Ceterum ſi alia ratione ob cri-
men fiſco bona rei adiudicentur, ceſſabit redhibitio: quia nulla ibi
emtio, ex qua ius retractus oritur, c. conſtitutus, de reſtitut. in integ.
& quia fiſcus tunc ſuccedat, & teneat locum, non alterius poſſeſ-
ſoris, ſed rei ipſius, l. Statius Florus, §. Cornelio, de iure fiſc. P. veluti
heres etiam eiuſdem aliquando, ſi cum filiis rei bona partiatur, l. ſi
deportatus, 8. de bonis proſcript. lib. 9. C. tit. 49. & vltra, delatis bonis
in fiſcum, mutatur eorum qualitas, & ex priuatis publica fiunt, vt
notauit Speculator, in titu. de obligat. & ſolut. §. 2. verſ. illud autem.
Quod pertinet autem ad bona quæ vt vacantia, ad fiſcum perue-
niunt, perperam diſputatur, num proximis liceat a fiſco redhibe-
re: nā ſi proximi ſint, vacantia nō dicuntur, l. 1. & l. vacan. de bo. vac.
li. 10. C. l. 1. § diuus, de iure fiſc. in P. l. 1. C. vnde vir & vxo. l. ſi. quorū bo-
nor. C. ¶ Quarto, † extra aleam quidem eſt, res venditas ab eccleſia 12
non eſſe obnoxias redhibitioni, eo quod eccleſia non habeat pro-
ximos, nec eius bona iure hereditario deferantur, ca. 1. de conceſſ.
præb. Verum non caret dubio, an dum ipſa emit, poſſit res a proxi-
mis venditoris redhiberi. Et tandem pluribus placuit poſſe, Mat-
thæus de Afflic. in tracta. protomiſeos, verſ. quæro an iſtud ius congrui.
Barth. Chaſſa. ad conſuetu. Burgun. ti. de retract. § 1. in verbis, l'home
ou femme, verſ. quæro quid ſi eccleſia. Boerius deciſ. 331. Videtur nam-
que eccleſia huic iuri ſe ſubmiſiſſe, eoque in ſanciendis ſtatutis, ſo-
lent intereſſe vna cum populo & nobilibus perſonæ eccleſiaſticę.
Neque etiam ignoratur conſuetudines efficaces, quod a principe
firmatæ, vel expreſſe, vel ſilentio tacite ſint. Proinde, vt princeps
ius habet ſanciendi de bonis temporalibus eccleſiarum, ſintq; ea
ratione iuriſdictionis principis, vt ait Baldus, in c. cum veniſſent, de
eo qui mittit. in poſſeſſ. cauſſa rei ſerua. col. 3. & conſuetudines obli-
gabunt in his eccleſias: pręſertim cum vis non fiat ideo priuilegiis
eccleſiaſticis, ca. 1. & 2. 10. diſt. can. ſi quidem, 37. diſtin. c. 2. de priuil.
c. 1. de ope. no. nun. facit glo. in c. ceterum, de oper. noui nun. Imo & per-
ſonæ eccleſiaſticæ in rebus a proximis venditis, hoc iure vti poſ-
ſint. ¶ Singulare, † tamen hoc eſt, in decimis eccleſiaſticis eccle- 13
ſiæ venditis, per laicos proximos non poſſe retrahere, niſi ante
concilium Lateranenſe permiſſum laicis decimas illas retinere.
Et ita deciſum alias, Ioannes Lucius in placit. curiæ, & Papus lib. 11.
Rhapſod. Areſtor. tit. 7. areſt. 13. Decimæ quippe proprie ſunt in bo-
nis eccleſiæ, & eorum qui inſeruiunt, Leuit. 27. Num. 18. cap. cauſ-
ſa, Carpenſis 14. de verb. ſign. c. Saluator, 1. q. 3. c. tua, in 2. de decimis,
cum ſimil. ¶ Quinto, † in hereditate, vel parte hereditatis venditæ, 14
non datur proximiori venditoris redhibitio gentilitia, Maſſuer. in
praxi, tit. de retractu, §. item ſi heres vendiderit, quod in hereditatis
venditionem veniant ſimul mobilia cum immobilibus, & mobi-
lia non redhibentur, vt diximus: proinde neque immobilia: quia
hereditas ſectionem non patitur, l. 1. & l. ſi ſolus, §. item puto, & l. ſi
ex aſſe, de acqui. hered. l. quidam, in fi. de iure delib. C. l. quidam, in fi.
de omni agro deſer. lib. 11. C. ti. 58. Neque hereditate vendita, res ſin-
gulares cenſentur venditæ, l. 1. C. de euictio. quia ius hereditas eſt,
in l. nihil aliud, de ver. ſig. l. hereditas, de reg. iu. & iura indiuidua ſunt,
l. ſtipulationes non diuiduntur, de ver. obl. l. 1. §. incorporales, de rer. di-
uiſ. in P. Sed & hereditas vices defuncti gerit, & perſonā defuncti
repręſentat: & proinde per hereditatis venditionē omnino ius fami-
lię nō videtur immutatū, l. cū hereditas, 9. C. depoſ. li. 4. ti. 34. l. heredi-
tas, de acquir. rerum dom. §. 1. de ſtipu. ſeruor. l. nouatio, in 2. in fi. de no-
uatio. P. ¶ Ex † quibus, ſexto, ſequitur, vt vna re, vel pluribus, vna 15
emtione & ſimul diſtractis, proximus partem rei, vel vnam vel a-
liquas tantum ex pluribus, redhibere nō poſſit: quod & in domi-
nio feudi, & dominio directo ſtatuitur, Maſſuerius in d. tit. de re-
tractu, §. item vna vel plurib. huc pertinere poſſunt quæ de redhibitio-
ne ædilitia diximus. Neque totius rei dominus efficere poteſt, vt
partem rei pro derelicto habeat, partem vero retineat dominii,

*l.an pars,pro derelict.in P.* neq; minor pro parte agnoſcere poteſt, quod tutor geſſit in contrahendis nominibus: ſed in totum,aut a toto recedere debet, *l.cum quæreretur,de admin.tut.P.* Idipſum in procuratoris amotione reſponſum, *Vlp.in l.in cauſſa,28.de procurator.P.* & pluribus rebus venditis addictione in diem,non auditur, qui partem pretii, & partem rerum offert, *l.quod ſi vno,de in diem addic.P.facit l.ſi duos,de contrah.emt.P.l.ſi quis aliam rem,46.de ſolutio.in P.l.ſcire debemus,28.de verbo.oblig.P.expreſſe l.fiſtulas,78.§.qui fundum, de contrah.emt.P.* Scio tamen antiquum Anonymum interpretem in 2.conſideratione retractus, quæſt.9. exiſtimaſſe veriorem contrariam ſententiam, propter l. vxorem, l. 59.§.agri plagam,de legat.3.vbi diuiſio rei fit. Sed nihil ad ius hęc pertinent,quæ ibi traduntur:nec l.legatarius,38.de lega.2. nec alia quæ ille perperam,vt mihi videtur,adiicit: neq; animaduertit in redhibitione ædilitia priorem ſententiam expreſſe firmari, *l.ædiles aiunt,§.fi.& l.pen. de ædil.edict.* & facultatem in dando vel faciendo conſiſtentem,non poſſe pro parte impleri, *l.ſi ita fuerit,13.§ quæſtio.de manu.teſt.in P.l.ſi plures pen.de conditio.inſertis, C.* qualis eſt redhibitio hæc, *gl.in l.certi condictio,ſi certum peta.P.* Nam & ex emto actio continet rem tradi, *l.ex emto,11.de actio.emt.P.l.ſi traditio,C.eo.l.in conuentionalib.in fi.de verb.oblig.* contractuſq; vt in facto conſiſtentia, indiuiduus, *l.conſilio,de curator.furioſ.C.l.qui quadraginta ad l.Falcid.l.2.§.item ſi in facto,4.§.Cato,de verb.oblig. l.nam abſurdũ,de bon.liber.l.quidam elogio.20.C.de iure delib.* Prohibet & lex in fundis vna conceſſis, retrahi fertiles ſine ſterilibus, *l.quiſquis,& l.qui vtilia,de omni agro deſert,lib 11.C.& l.1.de fund.rei priua.* Meminit Ioannes Lucius,placuiſſe Pariſiorum curiæ ſupremæ pridie Calendas Iulii, 1550.in venditione prædii cum debitis aliquot annorum fructibus venditis, eum qui prædium ſibi gentilitio iure redhiberi petebat, cum de fructibus controuerteretur,qui mobilium appellatione cenſentur, non poſſe prædium ſine fructibus redhibere,quia fundus,& prædium vno pretio emti eſſent, *Ioan.Lucius li.9.Placitor.curiæ,tit.3.placito 4.* Receptum quoq; vt quando res in parte fit deterior,habeatur ratio non partis,ſed totius, *in l.Mæuius,68.§.in fundo,de lega.2.* Ceterum ſi vno inſtrumẽto, vel diuerſis, diuerſæ res diſtinctim certo pretio venduntur:vt vendo prædium centum aureis,domum quinquaginta, poterit proximus quam voluerit harũ retrahere, *Tiraquellus tract. de retractu,§.23 gl.2. nu. 20.* quia diuerſæ venditiones cenſentur, *l.ædiles autem,& l.ſi plura,de ædi.edict.l.quod ſæpe,§.in his, de contrab.emt.l.in bello §.viri,de capti.* Idipſum ſi vno pretio væneant, quod poſtea diuidatur, vt vendo tibi centũ aureis prædium & domum, videlicet prædium 50.domũ quinquaginta, *gl.in d.l.ædiles autem,§.ſi plura, verſ ſi forte,de ædil.edict.& l.ſcire debemus, eo.tit.* niſi cõſtiterit emtorem non aliter emturum fuiſſe alteram rem ſine altera:tunc enim non officiet diuiſio pretii: quare vel vtramq; redhibendam,vel ab altera abſtinendum eſſe ſatius eſt dicere, *l.cum*
16 *eiuſdem,§.interdum,de ædil.edict.P.* ¶ Septimo † non retrahuntur res pro ædificandis vel augendis ſcholis, *Ioannes de Platea,ad leg. vnicam, per illum text.in fi.de ſtud.libera.vrb.Rom.li.11.C.ti.18.poſt Guillel.de Cuneo in l.decreuimus,de epiſ.& cler.facit l.ædificia,13.de op.pub.lib.8.C.tit.12.l.ſi cui loci,9.de ædifi.priuatis,lib 8.C.tit.* 10. vel eccleſiis venditæ: & vtilitas publica, priuatorum præfertur commodis:& quod pluribus expedit,quam quod paucioribus, *l. vtilitas,de primi.lib.12.C.l.actione,§.Labeo,pro ſocio,P.l.vnica,§.pen.de cad.tollen.* nec quiſquam dubitat ea loca, & perſonas earum,militari iure vti & priuilegio, *l.filiusfamilias,de milit.teſtam.P.* in militiæ autem fauorẽ,certum eſt & a dominis propria in milites transferri, *gl.in l.nepos Proculo,de ver.ſig.in l.aduocati,de adu. diuer.iud.*
17 ¶ Octauo,† quando iura vaſalli venduntur,ceſſat retractus, *l. Lucius de eui.§.ita verberatum,§.1.de rei vind.P. Anonymus antiquus auctor,de iure retract.in 12.reg.7.limitatione*, ne cogantur vaſſi ſeu vaſalli,inuiti habere quem nolint dominum, *arg.l.inuitus,34.de fideicommiſſ.liber.lib.40.P.tit.5.& ibi gl.iunge l.generaliter, 24 §.fin. eo.tit.l.Titius cum decederet,44.de actio.emt.P.§.præterea, in 2.de prohibita feud.alien per Federicum vſib.feud.* Videtur enim electa perſona domini, ſeu patroni a ſubditis, & eius fides, cui forſan ſimilis futura retrahentis eſſe non poſſet,cum variæ ſint hominum voluntates, *l.quia poterat,ad Trebell c.quia diuerſitatem, de conceſſ. præb.* & electa alicuius induſtria,per alium pręſtari non poteſt,inuito ſtipulante:cum inter artifices magna ſit differentia, *l.inter artifices,de verbo.oblig.in P.* Ceterum in Gallia hoc non exiſtimo verum, quod feuda patrimonialia facta ſint, ex beneficio principis diſtributa in perpetuum poſſidenda,vt quolibet titulo in alios inſtar patrimonii alterius generis, alienari poſſint, *Bald.in l.fina. de conſti.princip.Guillel.Benedict.ad verba & vxorem nomine 3. deciſ.num.6.*

## De Rebus ex aliis contractibus, quam per venditionem ſimplicem diſtractis, in quibus non admittitur redhibitio gentilitia. Cap 3.

1 *Redhibitio gentilitia, fit de rebus tantum venditis.*
*Redhibitio gentilitia an locum habeat in venditione conditionali, eod.*

NOno regula generalis eſt,† res venditas tantum retrahi, non 1
alio titulo diſtractas. In quo dubium tamẽ adhuc eſt, an venditæ res ſub conditione poſſint retrahi. Quam quęſtionem pluribus vtrinq; depromtis rationibus problematice tractaui aliquando Cadurci, explicans huius poteſtatis redhibendi quæſtiones, quas ſi vellem huc transferre, in immenſum libellus hic augeretur: & ſufficere mihi videtur indicare Tiraquellum, virum certe multæ lectionis & eruditionis, & diligentiſſimum, ſcriptis mandaſſe,locum eſſe redhibitioni in conditionali de futuro,venditione,& ita iudicatum in ſuprema curia Lutetiæ, *Tiraq.in tract.de retractu glo.2.in verbo,a vendu,nu 29.& in gl.1.eius verb.a nu.12.vſque ad 34.hoc explic.* Quia in contractibus conditionalibus, inſpicitur tempus contractus:non tempus impletæ conditionis, *l.ſi filiusfamilias,de verb.obl.& de reg.iur.l.2 §.id quoq;,de collat.bonor. P.l.vltima,de ſtip.ſeru.lib.45.P.ti.3.l.quæ legata,& l.ſeq.de reg.iu.P.* Quamobrem creditor, cui ſub conditione, debetur,de iure ſuo excipere debet,& vt noſtri loquuntur pragmatici, *eſt tenus oppoſer*, licitationib.ſeu ſubhaſtationibus,vel proſcriptionibus bonorum debitoris, intra tempora præſtitura ab ſtatuto, exceptionib. proponendis, etiam pendente conditione: alloquin adueniente conditione,poſtea excluderetur,lapſo termino, vt ait Iaſon, *in l.ſi ſtipulatus fuerim,§.cum ſtipulamur, de verb.oblig.* videlicet, ſi certum ſit conditionem extituram,non aliter. Hac ratione & creditores ſub conditione mittuntur quoq; in poſſeſſionem, *l.in poſſeſſionem,6.& ibi gl ex quib.cauſ.in poſſeſ.eat.P.lib.42.ti.5.* Et hæc pręſertim vera ſunt,vbi traditio rei venditæ,pendente conditione fit, *l.dotis fructus,§.fi.& l.ſeq.de iur.dot.P.l.in ciuile,12.de rei vind.lib 3. C.tit.32.l.ſub conditione,16.de ſol.P.* nam tunc ante implementum dominium transfertur: niſi etiam eſſet traditio conditionalis, vt notat Tiraquel. *in dicta verba,a vendu.gl.1.nu 55.& 56.* Sed & nihil intereſt emtoris, vel venditoris,ſi exiſtente etiam conditione incerta,proximus, ſi velit, poſſit retrahere, oblato pretio cum onere conditionis,& qualitatis venditionis. Intereſſe autem poterit proximi retrahentis, qui a pendente conditione, forſan habet in numerato pecunias, quas tempore impletæ conditionis nõ eſt habiturus, *Tiraq.vbi ſupra gl.2.nu.28.* Erit itaque in arbitrio proximi,pendente conditione,num velit retrahere: ſiquidem nõ cogitur, nec currit præſcriptio temporis anni & diei,niſi a tempore impletæ conditionis, *Guillel.de Cuneo,& Alber.in l.1.§.annus,per illum textum,quando actio de pecul.in P.l.Titius, 49.§.procedit autem,de excuſat.tut.iterum Alber.in 1.parte Statutorũ,quæſt.97.verſi.ſed nunquid proximior.in fi.facit l.tali,de iure dot.P.l.bouem,§.ſi ſub conditione,de ædil.edict.l.Caius,de excuſ.tut.l.fi.§.ſin autẽ, C.de lega.*

## Num retrahatur res vendita cum Redhibitione temporali pactitia, vel pacto legis commiſſoriæ, vel addictionis in diem. Cap. 4.

1 *Retrahi non poteſt a proximis res vendita cum pacto de retrouendendo, vel legis commiſſoria, vel addictionis in diem.*
2 *Dummodo fiant in ipſa venditione, non ſi poſtea.*

IN hac quæſtione† duæ ſunt pugnantes ſententiæ, verior tamen 1
eſt,venditam rem pactis his de reuendendo, vel ſub lege commiſſoria,vel addictionis in diem,non poſſe retrahi iure gentilitio, priuſquam tempus pacto appoſitum elabitur, poſt quod etiam tantum tempus vtile anni & diei incipit currere cõtra proximum. Et ita iudicatum, *Ioannes Papus,lib.11.Rhapſodia Areſto.li.7.areſt.8.* ſecundum ſententiam Baldi & Cyni in l.contra maiores, C.de inofficioſo teſta. Vbi Cynus in verſi.vltimo, tradit poſſe agi etiam aduerſus debitorem poſt triginta annos, ſine metu præſcriptionis, ſi pactum antea appoſitum fuiſſet de non petendo per triginta annos. Ratio quia per hæc pacta reſoluitur venditio ipſo iure, & redit res ſine alia traditione ad venditorem, modo impleto, *l.ſi quis hac lege,42.de rei vind.P.l.fi.de leg.commiſſor.* Sic nec currit tempus adipiſcendæ poſſeſſionis, quamdiu dubium eſt,ex quo capite delata eſt, *l.quandiu, 5.qui admi.ad bonor.poſſeſſ.poſſint, libro 6.C.titu.9.l.1.C.de bonor.poſſeſſ.ſecun.tabu.lib.6.tit.11.* Eſtq; in præ-

in prædictis conuentionibus, pendente poteſtate, conceſſa retrahendi ipſi venditori, potius res penes emtorem commodati vel precarii nomine, quam alienationis perfectæ titulo. Ioannes Faber autem in pleriſque locis refert, ex conſuetudine ſeruari, vt præferatur conſanguineus pacto de retrouendendo: iure communi autem diuerſum, ſi ſemel venditor rem vendiderit. Quia, inquit, ex eo ius eſt quæſitum conſanguineo. *Ioannes Faber, in §. 1. de emtio. apud Iuſtinia.* Idipſum tuetur Matthæus de Afflictis, *in tracta. protomiſeos, in verbis, licet enim ſupra diximus, colum. antepe. verſic. item quæro, de alia quæſtio.* cuius ratio, quod contrahentes expreſſe pactum nequeunt facere inter ſe, ne proximus retrahere poſſit, igitur nec tacite, per pactum redhibitionis, vel legis commiſſoriæ, vel modi alterius. *per l. cum quid, ſi certum pet. Matthæus de Afflictis, deciſ. 358. Tiraquell. in tracta. de retract. conuentionali, §. 1. glo. 7. num. 2.* Quæ tamen rationes parum accommodæ videntur: cum traditio quidem ſimpliciter pura, dominium transferat: at non ea quæ cum modo, vel ſub cõditione fit. Et aliud eſt pactum expreſſum, quo non poteſt præiudicium fieri proximo retrahenti, aliud ſibi proſpicere, vt res aliquando ad ſe redeat. Quemadmodum neque obiici poteſt, quod in conditionalibus vẽditionibus locus ſit retractui, vt dictum proxime eſt: nam aliud eſt conditionem, aliud modum adiicere venditionibus, vt in aliis. *l. 1. de his quæ ſub modo lega. vel fideicommiſſ. relinq.*

2 ¶ Verum † ſciendum eſt pactum redhibitionis, vel, vt interpretes loquuntur: de retrouendo, ita demum redhibitionem impedire gentilitiam, ſi in ipſo venditionis contractu fiat. Idipſum & in pactis aliis legis commiſſoriæ, & addictionis in diem & ſimilibus: tunc enim pactum rei pars & emtionis cenſetur, *l. fundi partem, de contrah. emt. P. l. pacta conuenta, eod. titu. P.* & pacta conuenta inſunt bonæ fidei iudiciis: ſi ex continenti ſubſecuta ſint, non ſi ex interuallo. *l. iuriſgentium. §. quinimo, de pact. P. cum ſimilib. in ibi not.* Nam ſi ex interuallo fierent, ipſo iure reſoluerentur venditiones, non ſecus, quam ex nouatione, & pacto ſequente, *gloſ. in l. ab emtione, in verbo cogatis, de pact. in P.* neque poſſet pactis huiuſmodi ſemel antea perfecta venditione pura, ex qua iam ius quæſitum eſt proximo, pactum in præiudicium eiuſdem efficax eſſe, *l. ſi vnus, §. ante omnia, de pact. in P.* & perfecta ita venditio, in damnum alterius nec diem, neque conditionem accipit, *l. perfecta, C. de don. quæ ſub mod.* ſic & animaduertit Tiraquell. *in tracta. de retractu conuentionali, §. 1. gloſ. 7. num. 4.*

## De re vendita in venditione nulla, an retrahi poſsit. Cap. 5.

1 *Redhibitio gentilitia non habet locum in venditione nulla.*

1 NOn poteſt † agi iure hoc redhibitionis gentilitiæ ex venditione nulla, veluti ſi ea facta contra iuris communis, vel municipalis prohibitionem, veluti ſi minor vendidit, *Tiraquell. tract. de retractu gentilitio, §. 1. glo. 2. num. 5. Capolla conſilio cauſar. ciuil. 44. quæſt. de præſentatione, colu. 2. verſ. de prima quæſtione.* quia appellatione venditionis venit proprie valida. *l. 4. §. cõdemnatum, de re iudic. l. 3. §. hæc verba, de negot. geſt. P.* Neque ex inutili, & nulla, iura acceſſionis fundi clientelaris, ſeu laudemia debentur. *Ioan. Faber in l. 1. quando lic. ab emt. diſced. in C. & in l. fin. colum. 2. in verbo irritum, commu. de leg. C. & inibi Barthol. & Paul. Caſtren. ad §. ſed cum nulla, eiuſ. l. fin.* Ex nullo nihil ſequitur, *l. eius qui in prouincia, de reb. cred.* & pro pretio repetendo condictio indebiti competit ex emtione nulla. *l. ſeruum meum, 37. de condict. indeb. li. 12. P tit. 6.* Obſeruandum tamen, emtorẽ obiicientem proximiori redhibitia agenti nullitatem, non audiri: cum illius non interſit recepto pretio: & qui excipit, poteſt repelli per replicationem, quod ſua nihil interſit. *l. ille a quo, §. 1. ad Senatuſconſ. Trebellian. fuſe Carol. Molinæus, in conſuetudines Pariſienſ. titu. 1. §. 13. gloſſ. 5. in verbo, vendi, in 11. quæſt. & Tiraquellus de retract. gentilitio, §. 1. gloſſ. 2. num. 11.*

## De re quæ redit ad dominum iure commiſsi, an a proximo redhiberi poſsit.

## Cap. 6.

1 *In commiſſum quando iure ſcripto, & Gallico incidit res.*
2 *Redhibitioni rei venditæ quis præferatur, dominusne cenſualis, an proximus.*
*In commiſſum re incidente, quis præferatur, an proximior alienantis, an is cui commiſſum debetur. eod.*
3 *Feudo incidente in commiſſum quis præferatur, proximus agnatus, an dominus.*
*Feudum quibus modis incidat in commiſſum. eod.*
4 *Commiſſum ob inficiationem domini, in Gallia.*

CVm † cenſus domino directo non ſoluitur, vel iura fiſco non 1
penduntur, res cadit in commiſſum, id eſt, res adimitur poſſeſſori, *l. commiſſa, 14. & l. fin. diui quoque de public. & vectiga. vide de commiſſione rei, vel de publicatione debiti non ſoluti glo. in l. 1. & 2. de vectigal, & commiſſ. lib. 4. C. tit. 61. & interpret. in d. l. commiſſa, & in d. §. diui.* & redit ad dominum: vt & quando emphyteota, alterius quam eccleſiæ, per triennium ceſſauit in ſolutione penſionis, *l. 2. de iur. emphyt. C.* ſi eccleſiaſticus, ſi per biennium. *c. potuit, de loca. authent. qui rem, de ſacroſ. eccleſ. C.* Quæ in publicis penſionibus, quibus res onerantur, locum habent, *l. obſiſtere, 9. de anno. & tribut. lib. 10. C. tit. 16.* extra ius Gallicum, quo non eſt locus commiſſo, ob moram ſolutionis, niſi quis inficietur dominum petentem. ¶ In † hac itaque cauſſa quæritur, num proxi- 2
mior, qui vult redhibere rem hanc, quæ in commiſſum cadit, potior ſit domino cenſuali, vel alio, cui res iure commiſſi competit. Et diſtinguũt aliqui, num pximior nomine ſuo, an eius qui cecidit in cõmiſſum ſoluat: ſi pro ſuo, non proſit ſolutio debitori: ſi eius debitoris, audiatur, vt eum liberans, cum inuitum quis liberare poſſit pro eo ſoluens. *Bart. & Bald. in l. arborib. §. quod tamen, de vſufru. in P.* Quod tamen reſpuit Ludouicus Romanus, *ſing. 558.* qui ſcribit ſolutionem factam cenſus a tertio, etiam ſuo nomine liberare debitorem, & prodeſſe emphyteotæ. *per l. forma cenſuali, §. ſi cum ego, de cenſib.* Quamobrem dicemus in ſpecie propoſita dum commiſſum fit: & locum habere redhibitionem gentilitiam, & proximiorem reddito, vel oblato debito cenſus, retrahere. Quod & eſt ex ſententia Boerii. *deciſio. 279. nu. 1.* Quia & concurrente domino, & proximiore, in iure redhibitionis, præfertur proximior. *in conſuet. Burgũd. tit. de retractu, §. 10. quam conſuetudinem, communem eſſe ibi tradit Chaſſan.*

¶ Quanquam † Albericus in contraria videatur eſſe ſententia 3
*in l. Imperator, in 2. de pact. in P.* & Iaſon, *in l. 3. colum. 4. ibi iuxta ſupradictum notabile, C. de iure emphyt.* In feudo tamen quo priuatur vaſallus, num ei præferatur dominus, diſtinctio adhibenda ex modis, quibus feudo quis priuatur. Feudum quippe in commiſſum incidit, vel ex negligentia recognitionis domini, vel ob delictum in dominum commiſſum, vel ex inficiatione domini. *§. 1. & 2. quæ fuit prima cauſ. benef. amitt.* Negligitur dominus, quando non negatur quidem, veruntamen ius illi debitum, quando, & modo quo oportet nõ præſtatur: vel ſi inueſtitura, ſeu adeptio poſſeſſionis ab eo non petitur, intra annum & diem, vel aliud tempus a conſuetudine, vel lege feudi definitum, quo caſu fidelitatis prætermiſſa profeſſione, vt ingratus beneficio priuatur. Ex delicto priuatur quis feudo, pluribus de cauſis, vel delicto commiſſo contra ipſum dominũ, vt ſi periclitantẽ dominũ in prælio non iuuerit, ſi eum aggrediatur: ſi filias eius corruperit, & ob alias ſimiles cauſſas feudorũ vſib. explicatas. *§. item qui dominum ſuum, cum §§. ſeqq. quæ ſit 1. cauſ. benef. amit. in vſib. feud.* Vel etiam ex delicto in alium, quam in dominũ cõmiſſo. Cum aũt quis priuatur feudo, delicti in dominũ cõmiſſi cauſſa, præfertur dominus proximioribus: in aliis proximiores ei præferuntur, *§. fin. quæ ſit prima cauſſa benef. amitt.* redit enim facile ob ingratitudinem donatoris, res ad priſtinum donantẽ dominum. *l. fi. de reuoc. don. C. c. fi. eod. titu. apud Gregor. l. 1. de ingra. liber. c. octaua, 12. q. 2. l. 2. de liber. & eor. liber.* Caſu tamen, quo quis fratrem domini occidit, proximiores tantum poſt tertium gradum, non intra, admittuntur, propter vicinitatem coniunctionis. *§. fin. ſi vaſallus feudo priuet. cui defera. lib. 2. Feud. tit. 31.*

¶ In † inficiatione porro domini ademtio prædii clientelaris, 4
proculdubio ad dominum, vt ab ingrato erepti, *per § ſi vaſallus, ſi feudum, & §. penult. verſ. vaſallus feudum, quod ſciens tit. ſi de feud. defunct. controuerſ. fuerit inter domi. & agna. defunct. lib. 2. de Feudo. titu. 26.* pertinet, expulſis proximioribus. Quod arbitrantur, & verum eſſe plerique in inficiatione domini tacita, puta, quia vaſallus, ſeu cliens dominum patronum non conuenerit, nec profeſſus eſt apud illum acquiſitionem, id eſt, recognouit, vt dicunt, dominum, quo caſu & priuari tradunt feudo. *vt in §. 1. & 2. quæ fuit prima cauſſa benef. amitten. & ita tradit Ioan. Andreas, in additionib. ad Speculatorem, tit. de feudis, §. quoniam, & in additio. directe Baldus, Alexander, in 3. volumine conſiliorum, conſilio 10. columna tertia, verſicu. denique ſi reperiatur, Laurentius Syluanus libr. de feudi recognitione, cap. 87.* Hodie tamen in Gallia generali vſu receptum eſt, ne ob inueſtituram non petitam

vaſallus feudo priuetur. Sed remedio alio ſubuenitur dominis, vt poſſit ſui mancipii res facere, & in eas manus inücere, veluti rebus vacantibus, & a nullo vaſallo occupatis, donec vaſallus fidelitatis ſe adſtringat ſacramento. *Boerius in conſuetudines Biturigũ, tit. de conſuetud. feudi, §. 6. & 15. Joannes Samſon, in conſuetudines Turoniæ, tit. comment. hommage ſe doibt offrir a ſon ſeigneur, in princip. & artic. 3. Chaſſanæus, titu. des fiefz, in princip. & in gloſſ. dedans l'an, num. 12.*

## Num Redhibitio hæc fiat in donatis, & de relictis titulo generali, vel particulari inſtitutionis.

### Cap. 7.

1 *Redhibitio gentilitia in donatis locum non habet.*
2 *Proximus quis.*
*Fraterna amicitia. eod.*
3 *Redhibitio gentilitia non fit de relictis inſtitutione, vel legato.*

1 IN ſumma, † redhibitio gentilitia in donatis locum non habet: quemadmodum ædilium curulium redhibitio, ad res donatas quoque non pertinet. Ne quod quis benigne in alium contulit, fraudis conſilio reuocet, vt ait Modeſtinus, *l. ad res donatas, 62. de ædil. edict. P.* Præfertur emtori proximus venditoris, quod pretium reſtituendo, & ſatisfactum eſt emtori & venditori: at in donatione id conſequi non poſſumus, nec proximus qui vult redhibere, poteſt præſtare, quæ donans a donatore accepit bene merita, ſine detrimento donatoris, *l. affectionis & l. donari, de donati. P. ca. 1. eod. tit. apud Gregor.* qui præſtitit: affectionis quippe gratia fiunt donationes, & liberalitates, nec decipi, ſed iuuari beneficio
2 nos oportet. *l. in commodato, §. ſicut commo. P.* ¶ Iſque † verius dicitur proximus, a quo auxilium & gratiã ſuſcipimus, potius quam cognati, a quibus cõtemnimur: vt Dominus noſter Ieſus Chriſtus, per parabolam eius qui inciderat in latrones, docuit. *Lucæ, c. 10.*

ἐπεὶ ὑ μέν τοι κασιγνήτοιο χερείων
γίνεται ὅς κεν ἑταῖρος ἐὼν πεπνυμένα εἰδῇ, *Homer. in fine lib. 8. Odyſſeæ.*

id eſt,

*Quoniam non ſane frater inferior*
*Eſt, qui ſocius exſiſtere prudentia ſciat.*

Quanquam Sotion, *apud Stobæum*, recte dixerit, οἱ ἀδελφοὺς παρέντες, καὶ ἄλλους φίλους ζητοῦντες, παραπλήσιοι τοῖς τὴν ἑαυτῶν γῆν ἐῶσι, τὴν δ' ἀλλοτρίαν γεωργοῦσιν, id eſt, *Qui relictis fratribus alios amicos quærunt, ſimiles illis ſunt, qui ſuum rus incultum ſinunt, & alienum excolunt.* Concludunt itaque Fridericus, *in conſtitutione ſua contractus protomiſeos*, Matthæus de Afflictis, *eodem tractat. protomiſeos, §. licet enim, 4. colum.* Chaſſanæus, *in §. 9. §. ſed quid in donatione titu. de retract.* & alii, donationem huic redhibitioni non ſubiici: neque prohibita venditione, cenſetur prohibita donatio. *l. 1. & fin. de prædiis decur. lib. 10. C. l. 1. de fundis patrimonial. lib. 11. C. Cynus & Bald. in l. voluntas, C. de fideicom.* ¶ Quamobrem † neque
3 in relictis titulo inſtitutionis generalis, vel particularis, erit locus redhibitioni gentilitiæ: quia in illis donatio & propter bene merita, & legata, & hereditates teſtamento, *l. nec adiecit, pro ſocio, in P. l. rem legatam, de adimen. leg. in P.* relinquuntur. Eſtque legatum, donatio a teſtatore facta, ab herede præſtanda. *§ legatum, de lega. apud Iuſtinia. l. legatum, de lega. 2.* Sæpius quoque dictum eſt, & hereditatẽ & heredem, defuncti perſonam referre, *l. deniq; quod vi aut clam, in P. §. 1. de iureiuran. a moriente præſtit. coll. 5. in Auth. l. fin. C. de impuber.* quam bonis propriis non priuaret proximus.

## Num in datis cauſſa tranſactionis, redhibitio hæc admittatur. Cap. 8.

1 *Redhibitio gentilitia locum non habet in datis ex tranſactione.*
2 *Laudemia quando debeantur ex tranſactione.*
3 *Redhibitio num locum habeat in litis æſtimatione.*

1 CLaſſici † omnes conſuetudinum fere interpretes defendunt, in datis ex cauſſa tranſactionis, vel remiſſis retractui locum non eſſe. *Matthæus de Afflict. in tracta. protomiſeos §. licet, 8. columna, Chaſſan. ad conſuetudines Burgundiæ, titu. des retraictz, §. 1. in verba, a vendu, verſic. quid in tranſactione, Arnol. Ferro. in titul. de retractu, §. 25. & 28. in conſuetudin. Burdegalen.* Quemadmodum feudum, quod per ſe inalienabile eſt, ſine conſenſu domini, iure feudorum. *§. 1. de controuerſ. feudor. inter vaſall & alium, de beneficio, in vſib feud.* poteſt libere, dummodo abſit fraus, tranſactione remitti. *§. penult. verſic. ſi vaſallus, de beneficio, tit. ſi de feudo defuncti contentio ſit inter domin. & cognat. vaſalli.* Tranſactio quippe refert cauſſam dubiam, & dominium incertum, qua de controuertitur, dubiuſve litis euentus. *l. 1. de tranſa. P. l. 2. C. eo. tit. c. ſuper eo, eo. tit. ap. Greg.* Quamobrem ex trãſactione datũ, vel acceptum, incertũ remanet, num accipientis vel dantis eſſet, *l. quod dicitur, de peculio, in P.* vt proximus inde non poſſit conqueri fuiſſe maiorum. Atq; hic nõ mouendam eſſe camarinam recte Iuriſprudentes cenſent: ne lites ſint immortales, quas tollit trãſactionis auctoritas. *l. fratris, C. de tranſact.* Tiraquellus *in §. 1. de retractu gentili, glo. 14. num. 63.* temperamentum huic quæſtioni cum diſtinctione adfert, inſpiciendum eſſe, num per tranſactionem fundus, vel res immobilis relinquatur ei, qui ante nõ poſſidebat, dato ab illo aliquo pretio: an vero apud eum qui ante poſſidebat: inter quæ multum intereſt. *l. ſi pro fundo, & ibi Barto. & Bald. C. de tranſact. gloſ. Barth. & alii in rubr. pro emtore, glo. Bart. & Alberic. in l. 1. eod titu. P.* Et quando relinquitur penes antea poſſidentem, non eſſe locum retractioni: ſin contra, eſſe, *in conſuetu. Andegauenſium, articu. 360.* & ita intelligendam eſſe Chaſſanæi ſententiam, *in d. §. 1. de retractu in conſuet. Burgun.* quam & idem Chaſſanæus alibi apertius explicat, *in titu. des fiefz, §. 8. ad verba, alienation & tranſport, verſic. nunquid autem vaſallus poſſit ſuper feudo tranſigere.*

¶ Sicuti † nec debentur laudemia ex tranſactione, per quam 2
res remanet penes antea poſſidentem, non contra. *Sanxonius in conſuetu. Turoniæ, titu. comme le fiefz ſe doit offrir au ſeigneur, §. fin. colum. 1.* ¶ Quamobrem † & in tranſactione, quæ propter ſuſci- 3
piendam litis æſtimationem fit, locus erit redhibitioni gentilitiæ, vt tradit antiquus interpres Anonymus, *in tractatu de retractu, penultim. conſideratione, quæſtion. 10.* Quod dicit obſeruari contra ſententiam Ludouici Romani, qui arbitratus, *conſilio 107.* ex neceſſaria alienatione non eſſe locum iuri retractus. Ratio, quod litis æſtimatio, ſimilis ſit emtioni. *l. 3. pro emt. in P. Cicero late pro Cluentio, quid ſit litis æſtim.* Quamobrem & Tiraquellus ratus eſt, ius retractus habere locum in tranſactione, etiam quando res remanet per eam penes poſſidentem antea, dato aliquo pretio, non ipſius quidem rei, ſed iuris ipſius. *Tiraquellus tract. de retractu gentilitio, §. 1 glo. 14. num. 64. & 74.* Quod ea tranſactio habeat ſpeciem venditionis. *citat glo. in l. cum u, § ſiuni, in verbo tranſactionis.*

## De datis ex compenſatione, & acceptilatione, num hoc iure retrahantur.

### Cap. 9.

1 *Redhibitio gentilitia, quando locum habeat in datis ob compenſationem.*
*Et in acceptilatione. eod.*

IN hac quæſtione, † diſtinctione adhibita, reſpondet Chaſſa- 1
næus, *in conſuet. Burgundiæ, titu. des retraictz, §. 9. verſ. item quærit, Matthæus de Afflictis.* an contractus, in quo ius retractus præcedat compenſationem, & tunc in compenſatione ius congrui, ſeu redhibitionis vtilis tantum locum habere, *l. cauſſa, de libera lega. P.* an vero nullus præceſſerit: & tunc locum non habere: quia compenſare ſit donare, *l. Iulianus, de condict. & demonſtra. l. ſi fundum, 83. §. Titio fundum, de lega. 1.* Imo potius & habeat ſpeciem permutationis, quæ reſpuit ius retractus, cum liquidi ad liquidum fiat tantum compenſatio. *l. 1. de compenſa. P. l. ſi conſtat, C. eod. titu.* Proinde etiam ex accepto latis non erit danda redhibitio, eo quod ex parte remittentis cenſeatur eſſe donatio, in qua iam diximus non habere locum redhibitionem hanc gentilitiam.

## De remiſsis in diuiſione. Cap. 10.

1 *Redhibitio gentilitia non fit de rebus diuiſis.*
2 *Adiudicatio in diuiſione facta, ſimilis emtioni, verum alia ab emtione.*

PLacuit † etiam in diuiſis non eſſe locum redhibitioni gentili- 1
tiæ. *Chaſſanæus, in conſuetud. Burgund. titu. de retract. § 9. verſi. item in diuiſione.* Diuiſio namque nullum tribuit ius nouum, ſed quæſitum ante diſtinguit, *l. 2. commun. prædior.* quod commune quippe eſt, meum eſt. *l. ſerui electione, § fin. de lega. 1. l. illud, de rit. nupt. P. l. 2. de cond. t. inſtitutio. l. 1. §. ſi dominici, ad Senatuſconſ. Syllani. in P. cum ſimil. l. merito pro ſoc. P.* Sed ne quis in communione contra iuris regulas remanere cogatur, *l. fin. in fine, de litigioſ. C. l. fin. C. commun. diuidun. l. ſi non ſortem, §. ſi certum, de condict.*

*condict.indeb. P.cum ſimilib.* libere partem ſuam ab aliena ſeparare poterit, ne communio pariat diſcordias. *l.cum pater, §.dulciſſimis, de lega.2.l.2.quando non petentium partes, lib.10. C.* Et conſtat ex his,quę paulo poſt,Deo fauente,dicetur ex permutatione redhibitionem non dari,cui proxima & ſimilis eſt diuiſio. *l. cum pater, §.hereditatem, in 2.de lega.2.gl.in l.1.commun.vtriuſ.iud.C.in*
2 *verb.placuit.* ¶ Nec † nos mouet, quod inter diuidendum interdum iudex adiudicatione vtitur, & eius remunerationis cauſſa, pretio alteri ſociorum adiudicato, vt emtioni tunc diuiſio accedere videatur. *l.1.l.diuiſionem, commun.vtriuſque iud.C.* Siquidem imitatur quidem emtionem in eo diuiſio, facilioris diuiſionis ratione, *l.1.2.3.§.cum autem, commun.diuidun. C.§.quod ſi commode, de offic.iudic.apud Iuſtin.* ſicut & ſimilis, quod vtraque ſit bonæfidei *§.actionum, de act.* vtraque habeat euictionem, *l.ſi fratres, C.communia, vtriuſ.iud.& tit de emct.* at nullum ſimile idem eſt, *l.ſi idem, C. de codicil.*

## De rebus mutuatis, locatis, in ſolutum datis, num redhibiteri poſsint.

### Cap. 11.

1.& 2. *Redhibitio gentilitia non habet locum in mutuatis, commodatis.*
*In locatis.eod.*
3 *Redhibitio gentilitia habet locum, in datis inſolutum.*

1 DVbium † potuit eſſe in mutuo, num retrahi poſſet, quod mutui dominium tranſit in eum, qui mutuatur, & fiat, quod mutuo, de meo tuum. *l.3.§.appellat. de reb.cred.in P.§.1 quib.mod.re contrah.obliga.* Minus autem in commodato vrget quæſtio, quod per illud non fiat rei alienatio, vel dominii mutatio, *l.rei commodatæ, commo. P.* eademque res expleto vſu, in quem commodatur, reuocatur ad dominum, *l.in commodato, § ſicut commoda. P.c.vnic.eod tit.apud Greg.* multo minus quoque dubium in precario, quod ex arbitrio dantis repetitur. *l.1.& l.2.& l.cum precario.de precar.in P.*

2 ¶ Sic † & in locatione retractationem gentilitiam ceſſare palam eſt, quia nec ex ea cēſetur alienata res, *l nō ſolē loca.P.l.qui rem ſuam, 20.eod.tit.C.l.codicillis, 91.§ inſtituto filio, de lega.2.* etſi locatio fieret in longum tempus per contractum libellarium. Ceterum neque etiam mutuum retrahi poſſe verius eſt. *Franciſcus Mignon in commentar.conſuetu. Andegauenſi.in articu.345.conſuetud.num, 11.parte, vbi agitur de retract.* Quia tantum, vt monuimus, in rebus ſoli, non in mobilibus, in quibus ceſſat affectio, retractus gentilitius locum habet. Conſiſtit autem in mobilibus tantum mutuum. *l.1.§ mutui datio, de reb. cred.P.§.1. quib. mod. re contrab.obliga.* Sed & gratia, quæ in mutuo eſt, affectionis eſt, & veluti liberalitatis, quæ perſonam egredi non debet debitoris. *vt in donationis retractu paulo ante diximus.* Inſuper non videtur res alienari, quæ ea conditione datur, vt eodem numero, pondere, & menſura, & bonitate reſtituatur, quemadmodum fit in mutuo. *l.2.& l.cum quid ſi cert.peta.P.*

3 ¶ Sed † quid ſtatuendum in rebus, quæ in ſolutum dantur videamus. Verior certe eſt ſententia, quæ aſſeritur in his rebus, locum fore iuri retractui, & in decretali venditione. *conſuet.Biturigum, in tit.de retract.§.9.in additione 3.ad §.1.tituli de retractu ap. Maſuerium in praxi, Ioan.Faber in l.ſi prædium, C.de euict. facit l.Senatus, 45. de lega.1.* Neque intereſt emtoris, ſi numos quos tantum credidit, recipiat cum acceſſionibus legitimis: cum in numis non cadat affectio. *l.numis de in litem iuran.P.* Eſtque datio in ſolutum, inſtar emtionis, *l.3.pro emtore, P.l.fin.ex quib.cauſ.in poſſeſſ.eat.P.l.ſi prædium, 4.C.de euict.* ſed vltra, res quæ in ſolutum datur alienari cenſetur cum onere ſuo, *in l.alienatio.& l.qui tabernas, de contrab.emt.in P.l.Statius Florus, de iure fiſc.* quale eſt, vt res poſſit a proximiore redimi: accideret alioquin, vt quod via vna prohibetur, videlicet per emtionem, ne fiat fraus proximo, alia per obliquum permitteretur. *contra l.cum quid, de reg.iur.ca.tuæ, de procura.l.fin.C.ſi mancip.ita veneat, ne proſtitua.l.ſcire oportet, §.mater, de tutel.l.oratio, de ſponſalib.P.* Et hanc quæſtionem quoq; alias in publicis prælectionibus problematice diſputaui: ſed nunc ſufficit, ſi quod verius mihi videtur explicauerim breuius.

## De rebus permutatis, num ſubiiciantur retractui. Cap. 12.

1 *Redhibitio gentilitia non habet locum in permutatis.*
2 *Niſi in fraudem fiat.*

NOn † habere locum retractum in permutatione notāt conſuetudinum enarratores. 1
*Chaſſanæus in §.9.des retraictz, in conſuetu.Burg.verſic.quid autem, Matth.de Afflict.in commentar.iuris protomiſeos, in gl.licet enim Boeri.in §.1.de retract.in conſuetu.Biturig.Ioan.de Plat.in l.ſi de prædiis decurio.ſine decret.non alien.li.10.C.verſ.& facit hæc lex.* Quia qui prohibetur vendere, non ꝓhibetur permutare. *vt in l.3.de prædiis curial.lib.10.ca.ad quæſtiones, de rerum permut.ap.Greg* Dehinc permutatio non videtur omnino alienatio, eo quod alia res in locū datæ ſubrogatur, quæ naturam prioris referre videtur, *l.ſi cum iudicio ſiſti, §.qui iniuriarum, l.ſi quis cautio, P.l.parabolam, C.de epiſc.& cleri.§.fuerat, de actio.* Quod tamē ita accipi debet, ſi res permutata ſit eiuſdem qualitatis, vt ſi immobilis cum immobili permutetur. *Boerius in d.§.1.de retract.* Quamobrem ſi ex vno latere res immobilis vna, ex alio res alia, & pretium permutentur, dubium eſt, an tanquam emtio cenſeatur contractus: an tanquam permutatio. Proinde Ioannes Andreas, *in cap.ad quæſtiones, de rerum permu.* inſpiciendam arbitratur eſſe mentem eorum qui agant: num velint permutare, an vendere. At cum de ea non conſtet, inſpiciendum eſt, num pretium excedat valorem rei, cum qua pretium pro vna re datur, & an ei res accedat, & tunc dicetur emtio: tuncque erit locus retractui, quia quod præpollet inſpicitur, *l.maiorem, de pact.P.l.quod in dubiis, de conſecra.eccleſiar.l.quæritur, de ſta homi.c.Hermaphroditus.4.q.3.l.tenetur, §.1.de actio.* an vero pretium rei accedat ad perficiendam æqualitatem, quo caſu cenſetur permutatio. *d.c.ad quæſtiones, de rerum permut.l.item ſi pretio, §.1.locati.* Quod ſi nec de hoc quoque conſtat, dicendum arbitratur Bartolus, eſſe contractum innominatum, *in l.1.num.7.de rerum permut.* & agendū eſſe præſcriptis verbis actione. *Bartol.in l.1.§.at cum loca.facit l.1.§ at cum, de præſcri.verb.in P.*

¶ Et † hæc vera ſunt, quando ſine fraude permutatio fit. *prædi-* 2
*cti interpretes citati in hoc cap.* In fraudem tamen feciſſe non videturis, qui cum vellet ius protomiſeos declinare, & vellet prædiū emere, aliud prædium dedit, quod pro pretio, nomine permutationis, tradidit: quod is cum quo permutauit ſtatim vendidit, vtroque ſibi ita proſpiciente. *Tiraquell.in proœmio retract.num.71.& ſeq.l.ſi cum alienum, 70.§.ait prætor, de acquirend.hered.P.* Hoc quippe non fraudi, ſed prudentiæ adſcribitur, *l.ſi pupillus, 42.in 1.de acqu.hered.* vt non reprehenditur is, qui ſibi proſpiciens, ſubiiciat aliquem, qui a ſe procuratore rem emtam nomine dominii petat. *l.atqui natura, 20.§ cum me abſente, de negot.geſt.P.l.ſeruus dotalis, 59.ſolut.matrim.in P.l.cum pater, §.Titio, de lega.2.* Et ſic conſilium fraudandi potius, quam euentum conſideramus, *vt in l.4.§.ſi quis autem, de fideicommiſſ.liberta.* cum in fraude vtrumque conſideretur, animus, & euentus. *in l.ait prætor, §.1.qui in fraud.credit.in P.l.ſi ſeruus, in 2.81.de acquir.hered.l.quia autem, §.ſi patronus, in fine, ſi quis omiſſ cauſ.teſta.in P.* Neque nos mouere debet, quod permutatio vicina ſit emtioni, *l.permutationum, C.de rerum permut.* & ideo admittere videatur eandem redhibitionem: quandoquidem & verum eſt in aliquibus cum ea, vt cum ceteris conuentionibus, conuenire: veruntamen diuerſam habere naturam, *l.1.de rerum permu.P.l.1.in ſi de contra.emt.in P.l.naturalis, §.1.de præſcri.verb.P.* vt in redhibitione, & aliis quibuſdam.

## De Perſonis, quæ retrahere poſsint.

### Cap. 13.

1 *Retrahit proximior venditori.*
2 *Propinquus & proximior quis dicatur.*
3 *Redhibendi facultas, ad quem gradum extendi poſſit perſonarum.*
4 *Redhibendi facultas a tempore venditionis incipit quæri tunc proximo.*
5 *Redhibere num poſſit proximus, qui ex mandato venditoris vendidit.*
6 *Redhibent proximi omnes, ſi velint, ſi ſint in eodem gradu, alioquin ordine proximiores.*
7 *Redhibitio num fiat a proximiore, facta venditione vni de genere.*
8 *Redhibent proximiores, ſi velint, ab emtore: non tamen cogi poſſunt ab emtore redhibere, ſi nolint.*

HActenus † de rebus, vt de materia: nunc de perſonis quæ re- 1
trahant agamus. Conſtat itaq; proximum eſſe debere retrahentē, qualis dicetis, quē nemo in gradu cognationis antecedit. *l.ex duob.de vulg.P.l.ꝓximi, de verb.ſig.P.l.1.§.proximus, vnde cog.*
¶ Fluctuant † tamen interpretes in definiendo propinquo, ſeu 2

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

proximiore. Nam aliqui rati ſunt proximos conſiderari debere, reſpectu eius a quo proceſſerunt res, non habita ratione venditoris. *Bartholomeus Chaſſanæus in* §. 1. *ad verba, d'au meurſt l'heritage, de retract. in conſuetu. Burgun. Tiraquell. adfert rationes in tract. de retractu gentilitio, in* §. 11. *glo.* 1. *num.* 12. 13. 14. 15. 16. 17. At Tiraquellus melius refert proximitatem ad vendentem, *Tiraquel. in d.* §. 11. *glo.* 1. *num.* 18. 19. 20. *quia ille,* §. 11. *loquitur nominatim de proximo vendentis.* non ad eum a quo prius bona deſcenderũt, vel ad ſtipitem: dum enim moritur poſſeſſor, non eis bonis, proximi eorum a quibus bona proceſſerunt, ſuccederent, ſed proximi poſſeſſoris, vtpote mutata iam familia per acquiſitionem, vt per additionem bonorum defuncti fiunt heredes. *l. ſed ſi plures,* §. *filio impuberi, de vulg. in P.* Sicuti & in ſucceſſione feudorum, in quibus & ius retractus locum habet, perſona vltimi vaſalli, non primi acquirentis inſpicienda. §. 1. *& ibi Andreas Iſern. de natura ſucceſſio. feudi, in vſib. feudo. & Bald. conſil.* 200. *vol.* 15.

3 ¶ Verumtamen † quęritur vſque ad quem gradum porrigitur facultas redhibitionis. Et certe ſi ius ſucceſſionis ſequamur, ad decimum vſque gradum prorogabimus nomen agnationis: ſi autem conſideremus proximitatis nomen, vſque ad ſextum, & ſeptimum a ſobrino ſobrinaque natum. § *fin. de ſucceſſion. cognator. vide Theophil. in d.* § *fin. eod. tit.* Hancque poſtremam ſexti gradus, & ſeptimi proximitatem in retractu admitterem tantum, propter affectionem rerum, quæ in eo conſiderantur, quæ certe affectio, neque in perſonis vltra ſeptimum gradum conſeruatur. *c. ad ſedem,* 35. *q.* 5. attamen ſequor graduum computationem Pontificiam, iuxta canonem, ad ſedem, 35. q. 5. cuius gradus 7. eſt in iure ciuili 12.

4 ¶ Obſeruandum † autem proximum hunc venditoris, tempore venditionis ſibi quærere ius, facta venditione, vſque adeo vt ſi emtor, pendente tempore anni & diei, quod indultum eſt proximo ad redhibendum, *c. conſtitutus, de reſtitut. in integr.* rem alii vendiderit, & ſecundus venditor alii, & quãuis per mille manus, vt dicunt, alienatione res peruenerit: nihilominus tamen proximus prioris emtoris a quocunque poteſt intra tempus repetere, & præfertur ꝓximis 2. & 3. & vlterioris vẽditoris: ſemel enim ei ius quæſitum, ab emtore vendente, auferri ſine facto eius nõ potuit. *l. id quod noſtrum, de reg. iur. c. ſatis peruerſum,* 16. *diſt. c. conquerente, de reſtitut. ſpolia. l. fin. de pact. P. l. nouatione, de fideiuſſ. l. ſi cum, C. de loc.* Et pendente conceſſo tempore redemtionis, res alienata cenſetur cum ſuo onere ab emtore primo diſtracta, *l. vnic. rem alienam gerent. non interd. rerum ſuarum alien. C. l.* 1. *&* 2. *ſine cenſu & reliq. fundum compara. non poſſ. C. l. nihil proponis,* 123. *de legat.* 1. & cum iure tantum vendentis, *l. qui tabernas, de contrahen. emt. P. l. via,* 21. §. *ſi fundus, de ſeruitu. ruſticor. prædior.* cumque cauſſa rei. *l. alienatio cum ſit, de contrahen. emt. P.* Quamobrem proximus, durante ſua facultate, aget non tantum aduerſus emtorem primum, ſed aduerſus quoque quoſcunque poſſeſſores rei: quia hæc, actio perſonalis eſt in rem ſcripta, rei perſecutoria, quæ naſcitur ex contractu, & ſemper dicitur eſſe poſſeſſoris comes, & veluti inhærens, vt realis naturam aſſumat. *Bartho. poſt glo. in l. ſi tertius,* §. *ſi quis prius, de aqua pluuia arcend. P. Iaſon in* §. *quædam, de action.* Quamobrem & euitandi circuitus gratia, datur tantum aduerſus vltimum poſſeſſorem, ex lege municipali directe. *argumento, l. dominus teſtamento ad finem, de condictio. indebi. P. in l. cum fundus,* §. *ſi ſeruum tuum.*

5 ¶ Sed † agitata quæſtio eſt, num proximus, qui ex mandato venditoris rem vendidit, poſſit iure propinquitatis redhibere. In qua dicendum videretur cum Matthæo de Afflictis, non poſſe: quod is qui ſe alterius facto ſubſcripſerit, videatur conſentire, & iuri ſuo cedere. *l.* 1. § *ſed et ſi, quod iuſſ. in P. l. pen. de in rem verſ. c. non liceat, in* 1. *cap. cum redemtor,* 12. *quæſt.* 1. *l. Titius Seii procurator,* 8. *de reſcind. vend. l. fin. de inoffic. teſtament. in P. cum ſimilib.* Verior tamen eſt contraria ſententia, vt qui alterius facit mandato, ſibi non præiudicet. *Chaſſanæus ad conſue. Burgund.* §. 10. *in vltima gl. ibi ſed quæro, pone quod conſanguineus.* Neque enim poteſt videri remiſiſſe alterius nomine contrahens ius retractus, quod adhuc ſibi non competebat, cum fieret emtio, vt ius non competens. *l. qui ſuperſtitis, & l. is qui heres,* §. *ſi quis, de acquir. heredi. l. ſi ita ſcriptum,* §. *ſi ſub conditione, de legat.* 2. *l. ſpem eorum præmiorum, C. quæ res pign. ob. poſſ. l.* 1. §. *quod ait prætor, in* 2. *quorum legat. in P.* Et qui mandato alterius quippiam agit, nudum miniſterium præſtat, eiuſque negotii, ſicut nec commodum, ita nec incommodũ ad eum pertinere poteſt, *l. qui proprio,* 46. § *procurator, de procur. in P.* & nemini officium ſuum debet eſſe damnoſum. *ca. cum non debeat, de electio. in* 6 *l. ſeruus communis,* §. *quod vero. de furt. l. ſed ſi quis, ex ſignatoribus, quib. mod. teſtam. aperiant. P.* Nam qui mandato vendit, facere id videtur, non tanquam proximus, ſed tanquã extraneus, & proinde non nocebit actus, tanquam a proximo factus. *argum. l. ſi paterfamilias,* 8. §. *qui duos, de adop. P. l. cum quidam, de adminiſtr. tuto. l. item eorum, quod cuiuſ. vniuer. P.*

6 ¶ Quando † plures proximi ſunt in eodem gradu, omnes admittuntur, ſi velint, vt in iure ſucceſſionis: omiſſa tamen differentia fratrum conſanguineorum, & vtrinq; coniunctorum, quam paulo aliter conſuetudines hic, quam in ſucceſſionibus obſeruãt. *Chaſſanæus in* §. 4. *vltima annota. de retrac. in conſuet. Burgun. Ioan. Faber,* §. *ſi plures, de legitima agna. ſucceſſ.* Vocantur autem proximiores, ſed ordine prioritatis, niſi ſi quid priores impediat. *l. vt gradatim, de munerib. & hono. in P.* Sed rurſum hic obſeruandum abſolute verum eſſe, extraneo facta venditione, proximiorem idoneum retrahere poſſe.

7 ¶ Porro † ſi alicui de genere, & proximitate vendatur res, variant conſuetudines: nam ex conſuetudine Campaniæ & communi, admittitur proximior ad retrahendam rem remotiori venditam, vt annotat Ancharanus, *conſil.* 307. *& ſeq.* & Baldus, *conſil.* 28. *volum.* 3. *incip. dominus Thomas.* Taliſque conſuetudo eſt Engolimenſis, Xantonenſis, Pictauienſis, *Joannes Faber in* § *ita demum, de heredita. quæ ab inteſtat. deferunt. Boerius deciſ.* 76. *num.* 7. At ex conſuetudine Biturigum, emente remotiori, non retrahit proximior. *in tit. de retract.* §. 3. *in conſuet. Bitur.*

8 ¶ Item † regula de proximiori intelligenda eſt, ſi ipſe proximus vel proximiores agant: alioquin tacentibus illis, emtor non poteſt conqueri. *Iacob. de S. Georgio in l. ſi mulier,* §. *ex aſſe, de iure dotium, argum. l. fin. ad le. Fab. de plag.*

## Sed num is qui vendidit, aut filius eius poſsint retrahere. Cap. 14.

1 *Retrahere non poteſt, tanquam proximus, qui vendidit ex nouo, etiam iure.*

2 *Retrahere rem venditam a patre num filiusfamilias poſſit.*

1 IN quæſtionem † venit, num is qui vendiderit, poſſit retrahere, ſi poſt venditionem intra tempus quo retrahi poſſit, decedant proximi, ita vt is ſolus remaneat. Et quidem Franciſcus Mignon poſſe ſenſiſſe videtur, *in commentar. ad conſuetud. Andegauenſium in* 12. *parte, vbi agitur de retractu artic.* 346. *numero comment.* 16. *videtur id probare, l. ſi in emtionem, de mino.* 25. *anno.* quod receptum etiam ſit patrem inſtituere poſſe petitionem, vt procuratorem filiorum, vt retractetur venditio per illum facta, *l.* 1. *de libera. cauſ. C.* etiam filiis inuitis, *l.* 1. *&* 2. *eod. titul. de libera. cauſ. P.* vt nec is præiudicium ſibi facit, qui tutorio nomine & pro pupillo hereditatem adiit, quo minus ſuo nomine contra teſtamentum eius, qui pupillum, heredem inſtituit, poſſit mouere actionem. *l. cum quadam, C. de adminiſtr. tuto.* At diuerſas partes lubentius ſequor, & eundem venditorem etiam ſolum reiici a redemtione rei: ægre enim iura patiuntur improbare, quæ quis iam approbauerit, & contra, *l. Pomponius,* 10. *de neg. geſt. P. l. ſi vxor, de adulteriis, in P. ca. cum Vintonienſis, de electio. can. dilectiſſimi,* 8. *q.* 2. *ca. horrendus,* 32. *q.* 2. & qui vendidit, iam remiſit affectionem rerũ maiorum, vt recurſus eo iterum redimendi non debeat patere, *l. quæritur,* §. *ſi venditor, de ædil. edict. l. poſtquam liti. C. de tranſact.* præſertim cum liceat proximo vel expreſſe, vel tacite, per lapſum anni & diei, remittere hoc ius emtori, §. *porro quibus modis poterat olim feu. alien. in vſi. feudor.* faceſſereque huius intentioni ex diametro videtur, eum quem de euictione tenet actio, agentem repellere exceptionem, *l. vindicantem,* 17. *de euictio. P. l.* 1. *de reb. alien. non alien. C.* iuſque ſuperueniens venditori, confirmat venditionem emtori. *l. ſi quis alienam rem,* 47. *de actio. emt. P. l. cum vir prædium, de vſucap. P.* Sed & valida & efficax erat venditio, quam retractare conatur. Qua ratione hæc prohibitio conſtituit differentiam cum redemtione, quæ fit a vendente, quando facta fuit lege contrahere prohibente, & contractus ideo nullus eſt. *vt in l. quemadmodum, de agricol. & cenſit. lib.* 11. *& in l. ſi ſeruo, qui & a quibus manumiſſ. liberi non fiant. P.* Et quamuis verum ſit, eum qui alieno nomine quid geſſit proprio poſſe retractare, vt dictum eſt: tamen non ſequitur, vt quod quis proprio geſſit, idem poſſit diſſoluere in damnum alterius. Et quamuis proximus de vno dicatur eoque ſolo, *l. proximi, de verbor. ſignifica. P.* tamen id improprie, *l. in vulgari, eod. titu.* Et vltra, quamuis retrahere volens eſſe debeat proximus: tamen non omnes proximi, eo nomine

continen-

continentur, ſed idonei & capaces, *argum. l. vt gradatim, de mun. & honor. P.* hic autem qui vendidit, idoneus non eſt, nec proximus, ſibi (quam proximus vendentis dici poteſt: cum inter dantem & recipientem, debeat eſſe differentia *c. ſi. de inſtitu. ap. Greg.* nec ſibi quis imperare poteſt, *in l. 1. de re ſua, de recept. arbit. P.*

2 ¶ Admittunt † tamen, filium venditoris, vt proximiorem, retrahere poſſe venditam rem a patre, *Boerius deciſio. 76. nume.* 10. *per ca. conqueſtus, & ibi Henricus Bohic. de reſtit. in integ. Bal. conſil.* 310. *vol. 4. Lud. Bologninus conſil. 43. Chaſſanæus in conſuetu. Burg. tit. 1. de retra. §. 1. ad verba, le plus prochain, verſ. aduerte.* verumtamen in eo remanet gryphus, num filiusfamilias, vt emancipatus, rem a patre venditam poſſit retrahere. Quandoquidem filiusfamilias non poteſt in venditione addictionis in diem, emtorem excludere, *l. ſi venditor, §. ſed & ſi pupillus, de in diem addict. P.* cumque eadem perſona patris & filiifamilias videatur, *§. ei vero, de inutil. ſtip. l. ſin. C. de impuber.* & quæſita filio per patrem, acquiri patri, *dicto §. ei vero, & l. plures, de acquir. hered.* abſurdum videtur non bene conſideranti, redhiberi a patre vendit.. per filium, vt rurſum in patris redeant poteſtatem: & quod vna via prohibitum ſit, alia permittatur aduerſus iuris regulas. *ca. cum quid, 39. de reg. iur. in 6. l. ſcire oportet, 21. §. ſi mater, de tuto. & curator. dat. ab iis, &c. libr. 26. P. tit. 5. c. 1. de cleric. coniug. in 6.* Verior tamen eſt ſententia, quæ permittit etiam filiofamilias retrahere, ſi res ſit de rebus maiorum, vel diu a patre poſt acquiſitionem nouam poſſeſſa. Maxime cum hodie quæſita per filiumfamilias patri non quærantur, niſi ratione vſusfructus. *l. non ſolum, §. 1. de bono. quæ liber. C. iuncta ibi auth. poſita Ioan. Fab. in l. 1. de bonis matern. C. Maſſuerius in praxi, titulo de retractu, §. item filiusfamilias petens, & §. ſeq.* Et hoc verum eſſe Maſſuerius ait, quamquam filiusfamilias fiat heres patris, *Maſſuer. in prox. cit. §§. per l. Seia, 73. de euictio.* nec in eo habere locum arbitror regulam: Quem de euictione tenet actio, eundem agentem repellit exceptio: quia hoc ius ex lege cõſuetudinis competat: niſi, inquit, pater pro euictione ſe obligarit: quia tunc heres factum defuncti præſtare cogeretur. *tit. vt actio. ab hered. & contra hered.*

## Num in heredem ius redhibendi tranſeat.

### Cap. 15.

1 *Retrahere rem venditam non poteſt heres venditoris.*

2 *Retrahere debet proximiore mortuo.*

*Num tranſmittatur ius redhibendi in heredes eius, in præiudiciũ aliorum proximiorum eod.*

1 QVæſtio † num in heredes tranſeat ius retractus, duplici ratione explicationem poſcit: videlicet, num heres venditoris poſſit retrahere: & an heres quoque proximioris retrahere poſſit. Quod ad primum caput pertinet, expedita ſolutio eſt, heredem vendentis non poſſe retrahere: quia quem tenet de euictione actio, &c. *l. vindicantem de euict. P.* Et ex qua perſona quis lucrum capit, eius factum præſtare quoque debet. *l. ex qua perſona, 192. de reg. iur. facit, l. venditrici, 3. C. de reb. alien. non alienan. l. cum a matre, 14. C. de rei vindic.* Et Ioannes Faber in ea ſententia eſt, vt heres nequeat redimere: quod res peruenerit ad eum caſum a quo incipere non potuit, *Ioannes Faber, in §. econtrario, in fine de legat.* niſi heres qui ſucceſſit eſſet proximior, vt diximus proximo capite, & ex ſua perſona, non heredis nomine, vellet retrahere. *& hæc eſt quæſt. formal. Boerii, in §. 3. gl. fi. de retract. in conſuet. Biturigum.*

2 ¶ Ceterum † in ſecundo capite num proximior decedens tranſmittat ius retractus ad heredes, diſtinguitur: an heres qui ſuccedit proximiori, ſit de ſuis, vel extraneus. In ſuis tranſmiſſio locum habet, ſecundum Ioannem Fabrum, *in d. §. econtrario, facit l. ventre præterito, de acquirend. heredita. l. vncia, de iis, qui ante aper. tabulas. l. vnic. §. in nouiſſimo, de cad. tollen. C.* quia ſi pater proximior ſit, erit & filius proximior. In extraneis diſtinguitur, num defunctus cœpit retrahere, vel meminit ſe velle retrahere: an vero nihil horum fecerit. Et in duobus prioribus caſibus, actiones vtiles petitionis hereditatis, ſi quis impediatur aliquo modo petere, tranſmittuntur ad heredes, ſiue illi ſint ſui, ſiue extranei. *l. 3. §. fin. ad Senatuſconſ. Syllanian.* Quemadmodum petitio bonorum poſſeſſionis, ſiue ſecundum, ſiue contra tabulas, tranſmittitur, *l. ſed et ſi deceſſerit, 8. de bonor. poſſeſſio. contra tab. lib. 37. titu. 4.* videlicet quando intra tẽpora petendi retractum, proximior moritur, relicto vel inſtituto herede: alioquin ſi tacuit per annum & diem, etiam præparata actio vtilis non tranſmittitur, exemplo querelæ inofficioſi teſtamenti, quæ tantum intra quadriennium tranſmittitur, *l. ſi quis filiam, in 2. lex 34. de inoffic. teſtam. C.* & ius deliberandi intra annum, *l. cum antiquiorib. 19. de iure deliber. C.*

## Sed in tempore propinquitatis quæritur, ſi poſt venditionem factam, & ante retractum, intra tempus retrahendi, ſi alius naſcatur proximior, an excludat eum, qui tempore venditionis erat proximior.

### Cap. 16.

1 *Retrahendi in facultate proximior dicitur, qui tempore venditionis proximior erat, etiamſi alius naſcatur poſtea proximior.*

*Niſi conceptus fuerit tempore venditionis, eod.*

1 IN hac quæſtione Chaſſanæus tradit, *in tit. de retract. §. 1. ad verba, le plus prochain, vltima annotatione, de conſuetud. Burgund.* potiorem eum eſſe, qui tempore venditionis proximior erat: neque excludi a proximiore, poſtea nato: quia ante natiuitatem proximioris nati, ius nato quæſitum fuerat. *per l. is cui ſub conditione, de actio. P. l. fin. de ſtipulat. ſeruo. in P.* Et ita actio quæ ab initio nata non erat, oriri nequit. *l. ſerui & filii, in princip. de furt. l. ſi tutoris, §. fina. quod iuſſ. in P.* Et hanc ſententiam iuuare videtur §. protinus, de legitima agnator. ſucceſſ. Alii arbitrantur temperamentũ adhibendum, vt ſi natus poſtea conceptus fuerit tempore venditionis, præferatur, non autem ſi conceptus non erat: argumento a iure ſuccedendi ducto, in quo hoc ipſum admittitur. *§. cum autem, de heredita. quæ ab inteſta. defer.* Et qui in vtero eſt, pro nato habetur, in his quæ ad eius vtilitatem pertinent. *l. qui in vtero, de ſtat. homin. l. cum inter, C. de fideicommiſſa. liber. l. antiqui, ſi pars heredita. peta.* Ita Boerius tuetur, natum & conceptum proximiorem intra tempus contractus admitt: & ita iudicatum fuiſſe, annotat, *deciſio. 12. num. 1. & ad §. 3. colu. 6. de retract. in conſuetut. Biturigum.* Quemadmodum exſtante teſtatoris prohibitione, ne res alienetur extra familiam, quando conſentientibus proximis alienatio fit, efficax ea quidem, ſed ſi filii ex illis naſcantur, reuocare poſſunt alienationem, *l. peto, § fratre, & ibi gl. in verbis, ex familia, de lega. 2. & l. ſi cognatus, de reb. dub.* & ſunt iura expreſſa, quæ dum de deferenda ſucceſſione loquuntur, & conceptos, viuo eo de cuius ſucceſſione agitur, proximiores, quamuis poſtea naſcantur præferri natis velint. *l. 1. §. ſi quis proximior vnde cognat. P. lib. 38. titu. 9. l. Titius 6. de ſuis & legit. hered. lib. 38. P. tit. 17.* Cautum in conſuetudine Turonenſ. *titu. de retract. artic.* 5. ius retractus, quod pertinet ad ordinem proximitatis, iiſdem legibus regi, quibus ſucceſſio ab inteſtato.

## Qui non ſint idonei ad retrahendum, quamuis ſint proximi.

### Cap. 17.

1 *Redimere vendita poſſunt proximiores tantum, qui emere poſſunt.*

2 *Fœminæ an feudorum, & vbi capaces.*

3 *Feudum an perſonæ eccleſiaſticæ tenere poſſint.*

4 *Monaſteria in Gallia quæ bona temporalia non poſſident.*

*Monachi num iure retractus proximitatis vti poſſint. eod.*

*Retrahere iure proximitatis num poſſint eccleſiaſticæ perſonæ. eodem.*

5 *Retrahere iure proximitatis nequeunt, qui pro mortuis habentur.*

6 *Retractus gentilitius impeditur, interitu rei.*

7 *Retractio num negetur proximis, ſi pactum appoſitum ſit, ne res veniat extra rectam lineam.*

8 *Retrahere qui poſſint ex pluribus, quibus ius eſt.*

9 *Proximitas in retractu gentilitio, ciuilis & naturalis eſſe debet.*

*Baſtardi non retrahunt vendita iure proximitatis. eod.*

*Retrahere non poſſunt iure proximitatis affines, nec legitimi tantum, aut naturales tantum filii. eod.*

10 *Niſi bona matris.*

*Poſſunt legitimati per ſubſequens matrimonium, non alii, eod.*

11 *Nec filii eorum legitimi.*

1 NOn omnes † qui proximi ſunt, idonei cenſentur ad redimendam venditionem: ſed tantummodo, qui emere poſſunt. Et proinde prohibitis iis ex capite perſonarũ, vel rerum retrahendarum, retractus intercipitur: veluti ſi proximus non eſt idoneus ad præſtanda officia vel munera, quæ redhibendis rebus hærent. *§. fin. an mutus feud. reti. poſſ. lib. 2. feudor. tit. 36 § fin. epiſco. vel Abb. vel abbatiſſam feudum dare non poſſ. lib. 1. feudor. tit. 6.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

2 ¶ Ea † ratione proximus a feudi venditi retractatione arcetur, & facit locum habili: vt fœmina cum feudum, non fœmineum, habere non poſſit, *§.1.de natura.ſucceſ.feud.§.2.de filiis nat.ex matrimon.ad morbana.contract.in lib.Feud.* alienatum a proximo non redimet iure proximitatis, propter defectum qualitatis perſonæ legitimæ, *§.fin.an mutus feudum retiner.poſſ.* niſi agatur de conſuetudine Galliæ generali, qua mulieres feudorum capaces ſunt, & per alios illis inſeruire poſſunt, niſi ſi qua alia lex ſpecialis inhibeat. *Guill. Benedict.in verb.duas habens filias, nume.67.& 69.in cap.Raynutius,de teſt.*

3 ¶ Simili † exemplo obſeruato in perſonis eccleſiaſticis, quæ feuda temporalia iure communi poſſidere nequeunt, *rationes adfert Guil.Benedict.in verba & vxorem nomine, 3.deciſio.num.1.& 10.& ſeq.* tamen regni noſtri conſuetudine, approbante principe poſſunt: & monachi quoque, vt in minoribus feudis monaſteria, agnatis monachorum ſuccedere poſſint. *idem Guill.Benedict.in d.cap.Raynutius, in verba & vxorem, deciſio.5.num.1.Ang.in §.1.de ſucceſſ.cogna.num.2.gloſſ.in §.nullam, de ſanctiſ.epiſcop.in verb. ingratos.*

4 ¶ Exceptis † quibuſdam ſacris familiis monaſticis, quibus nec in Gallia immobilia poſſidere licet, nec ex ordinis ſui inſtitutione. *ca.exiit qui ſeminat, §.porro, de verb.ſign.in 6.* Putarem tamen monaſticas perſonas, quæ per monaſterium proximis ſuccedunt, vt nec poteſt pater per filium, dominus per ſeruum, non poſſe retrahere iure proximitatis, cum ob paupertatem, quam profeſſi ſunt: tum etiam, quod nulla in eos affectio rerum, quod maiorum fuerint, cadere poſſit. Dixerunt namq; vltimum vale rebus temporalibus, & reliquerunt omnia, exuentes affectionem omnem temporalium, vt ſe liberius obſequio diuino manciparent, vt pro mortuis habeantur ſeculo, *l.Deo nobis, de epiſc. & cler. Barth.in l. patre furioſo, de his qui ſunt ſui vel alien.iur.* & eorum cognatio ſit in cœlis, *glo.in §.nullam, de ſanctiß.epiſc.in Auth.in verbo ingratus, D.Paulus ad Philip.3.noſtra conuerſat.eſt in cœlis.* eiuratis propriis. *ca.non dicatis, 12.quaſt.1.c.cum ad monaſterium de regula.* Auctor tamen antiquus tractatus de iure retractus, Anonymus, ſeculares clericos eccleſiaſticos, capaces eſſe retractus aliarum rerum, quam feudorum ait, *Anony.interpres in 1.part.de retractu, regul.5.*

5 ¶ Subinde † perſonæ incapaces ſunt retractus quæ iure ciuili pro mortuis habentur, veluti deportati, *l.verum, de procur.P.§.1.2.& 3.de capit.dimi.apud Iuſtin.l.fin.eod.tit.in P.l.ex facto, ad Trebel.P.* quibus quæ iuris ciuilis ſunt adimuntur, *l.quidam ſunt ſerui, 17.de pact.in P.* & quamuis agnationem naturalem retineant proximitatis, habeantq; agnatos, *vt in l.in metallum, 22.de pœn.P.* tamen ſuccedendi agnatis ius non habent. Neque etiam honeſtum eſſet vt bona, quæ ad teſtandam amplitudinem, & nobilitatem maiorum in familiam per retractum reducuntur a deportatis & ſceleratis hominibus poſſiderentur, qui potius titulos maiorum hoc modo dehoneſtarent. Ne quod fauore inductum aliquorum eſt, in odium conuertatur eorundem, *contra le.quod fauore, C.de legib.* cum & reatus omnem dignitatem excludat. *l.2.vbi Senator. vel clariſſimi.*

6 ¶ Ratione † rerum impeditur retractus, vt diximus ſupra in rebus, ſi res interierit, vel in totum, vel pro parte, vt ſi domo vendita, ea combuſta ſit, area retrahi non poſſit. *Boerius in §.4.de retract.in conſuetu.Biturigum, verſicu.ſed quæro.* Quia domus destructa, amplius non eſt domus, nec pars eius, *§.fin.de vſufruct.* etſi ex iiſdem cæmentis & materia fuerit refecta, *l.qui rem, §.aream, de ſolut.P.l.inter ſtipulantem, §.ſacram, de verb.oblig.P.l.repe.5.§.pen.quib.mo.vſusfru.amittat.* Item, ſi res, vt monui, non poſſit poſſideri per perſonas, quæ ius habent.

7 ¶ Sed † & pactum rebus in principio appoſitum, in prima traditione, ne vllus extra lineam rectam poſſit retrahere, impedit ex latere proximiores ne retrahant, vt in feudo receptum eſt, *§.vnic.de feudo marchiæ in vſib.feud.* pacta namque in traditionibus rerum appoſita ſeruanda ſunt, *l.in traditionibus de pact.in P.l.ſi ea lege, C.de condict.ob cauſ.dat.* dummodo in ipſa venditione prima fiat. Quia ſi poſt venditionem pactum fieret, iuri retractus vis fieri non poſſet per contrahentes. *§.10.des retraictz, in conſuet.Burg.*

8 ¶ Item † ſi plures ꝓximi venditoris agant ꝓ retractu, ſi in æquali gradu, omnib. pro virili datur, ſi in diuerſis proximiorib. ſi tamen ꝓximior pretio nõ ſatisfaciat emtori remotior, q ſatisfacit præfertur. *in conſue.Turonenſ.tit.de retract.art.6.& 7.* Præferũtur quoq; remotiores, ſi illi intra tempus retractus agant, & ꝓximiores non niſi poſt tempus, *in conſuetu.Burdegal.d.artic.7.Pariſienſ.eod.titu.artic.178.& fin.* inter agnatos tamen ex conſuetudine Pariſienſi ille præfertur ſolum, qui primus emtorem in ius vocauerit, licet alii fuerint proximiores, *in conſuetu.Pariſienſ.titu.de materia retractus, §.item le parant. Guillel.Benedict.in repetit.c.Raynutius, in verba & vxorem nomine, deciſ.5.num.45.* communi tamen vſu vlteriores non excludunt proximiores. *Benedict.vbi proxime, num.44. Ioannes Faber, in §.ita tamen, de heredi.quæ ab inteſtat.defer. Baldus conſil.28.3.parte conſ.& idem, in §.1.de vaſallo, qui contra conſtitutio.Lothar.textus in §.Titius, ſi de feudo controuerſia fuerit inter domi.& agna.defuncti, lib.2.feudo.titu.26.facit l.peto, 71.§.fratre, & l.cum ita, 33 §.fin.de lega.2.vide Ratum in commentariis ad conſuetud.Pictauienſ.§.246.* ¶ Proximitas † quoque in retractu 9 perſonarum, ex naturali & ciuili ſimul vinculo pendet: neq; proximi, ciuili vel legali vinculo tantum, vel naturali tantum, retrahunt. Proinde legitimi tantum filii: adoptati, vel arrogati, non poſſent retrahere, *Guillel.Benedict.in repet.c.Raynutius, ad verba, & vxorem nomine, deciſione 5.nume.198.text.in §.adoptiuus, ſi de fundo fuerit conten.inter domin.& agnat.defuncti.* non etiam filii ex ſpirituali regeneratione nati, affines: item nec ſpurii, qui patrem certum non habent, *l.vulgo concepti, de ſtatu homi.* & ideo ſe illorum familiæ non poſſunt inſcribere, vel eis ſuccedere, *§.vulgo concepti, de ſucceſſ.cog.l.1.de natural.lib.C.* non poſſunt retrahere, *§.naturalis, ſi de feud.fuer.controuer.inter dominum & cogna.def.* eſſet enim dedecori potius familiæ, ſi ſpurii legitimis & naturalibus proximis anteferrentur. Neq; hic immorabor diutius in diſtinctione naturalium & ſpuriorum, cum nullo modo hodie inter Chriſtianos concubinatus permiſſus ſit, & ſimiles ſint concubinæ meretricibus, & naturales ſpuriis, & turpitudo & delictum in vtriſque, vt alibi ex profeſſo docuimus.

¶ Ceterum † ſpurii, quod pertinet ad matrem, certo ſunt eius 10 filii: ideo ſi de retrahendis maternis bonis & familiæ eius agatur, proximitatis ius retinent cum proximis matris, & ſucceſſionis capaces ſunt, *l.hac parte, vnde cogna §.vulgo quæſitos, de ſucceſſ.cogna.* niſi, ſiquidem de iure Romano agatur, tam illuſtris mater ſit, quæ hunc ſpurium genuerit, qui ad contumeliam familiæ vitandam repellitur a ſucceſſione, *auth.ſi qua illuſtris, ad Senatuſcon.Orphi.C.l.1.§.quamuis, de vent.inſpicien.* quod tamen in Gallia non obſeruatur. Succedent autem patri etiam & retrahent legitimati per ſubſequens matrimonium, non aliter, *Matthæus de Afflictis tractatu protomiſeos, §.1.pen.colum.* quia tantum ea legitimatione, non alia eluitur criminis macula tota, *ca.tanta, qui filii ſint legit.l.cum quis, & l.nuper, de natura.liber.C.§.1.quib.mod.natur.efficiant.legit.* & capax fit filius ſucceſſionis proximorum patri: cum tamẽ per alias legitimationes habilis fiat tantum ad ſuccedendum patri, non proximis, *§.filium vero, quib.mod.natu.efficiant.ſui, in auth.colla.7.l.communium rerum, 6.de natu.libe.not.gl.in §.1.de natu.ſucceſſio feud.in 2.lib.Feud.tit.50.in verb.ſucced.* vt nec in feudo paterno ſuccedat, niſi expreſſe dictum fuerit in reſcripto legitimationis. *gl.in §.naturalis, ſi de feud.fuerit contentio inter dominum & agn.def.* ¶ Quia † igitur filii ſpurii a retractu excluduntur, ne- 11 ceſſarium eſt & liberos eorum etiam legitimos, & naturales excludi: quia nulla eſt filiorum proximitas, quæ patris eorum eſſe non potuit, *in l.fin.de natur.liber.C.Chaſſa.in conſuet.Burg.titu.de retract.§.1.ad verba, le plus prochain, verſ.ſed quid de legitimis.* ita perſona media non idonea, vt fœmina quæ feudum, non fœmineum, non poteſt poſſidere, impedit ius ſequentium, & filiorum: vt prædium medium inter ſeruiens & quod dominatur: impedit ſeruitutem, *l.qui ſella, §.fin.de ſeruit.ruſticorum præd.P.* notat *Guill.Benedict.in cap.Raynutius, ad verba, duas habens filias, num.32.de teſtam.* eſtque locus regulæ, ſi vinco vincentem te, a fortiori vinco te. *l.de acceſſionib.de diuerſ.& tempora.præſcrip.*

## An ius retrahendi poſsit cedi.

### Cap. 18.

1 *Retrahendi poteſtas num cedi, aut vendi extraneo, vel proximiori poſſit.*

2 *Redhibendi facultas pactitia extraneo etiam cedi poteſt.*

IN quæſtionem venit ſæpe, num proximus hoc ius retractus alteri poſſit cedere, vel vendere alii quam proximo: placuit autem non poſſe. 1 *in §.6.conſuetud.Burgund.tit.de retract.Paulus Caſtrenſ.in l.3.in fin.commun.diuidun.C.& conſil.45.Bald.Cyn.in dicta l.2.commun.diuidun.Boerius in conſuetud.Bitur.titu.de retractu, §.6.verſic.ſed an ius retractus, & deciſi.139.ita & iudicatum tradit Pariſiis Tiraquell.tracta de retractu gentil.§.26.gl.3.num.45.* Etenim propter affectionem in res maiorum, & vt conſeruentur integræ familiæ, & res in familia, priuilegium hoc indultum eſt proximis:

proximis: & proinde per ceſſionem ad extraneos extendi non debet. *ſicut in l. ſi plures, de adminiſtr. tutor. P. & in l. vnic. tit. quib. muneribus excuſent. ii, qui poſt impletam militiam, vel adminiſtr. &c. lib. 10. C. l. ſi nemo, de teſtam. tutela,* vt neque alia perſonalia, *l. quia tale, ſolut. matrim. P. l. pater, de ſeruit. lega. in P. l. iuriſgentium, §. pactorum, de pact. in P.* Quemadmodum nec ius prælationis, quod competit dominis directis, vendentibus clientibus res emphyteoticarias, vel cenſuales, non poteſt cedi extraneis, nec pro alio, quam pro ſeipſis ab illis retineri, *Boerius in commenta. ad conſuetud. Bituri. titul. de la re tenue des choſes vendues en fief. §. 1. ver. & intellige per l. 3. §. ſed ne hac occaſione de iure emphyt. C. Guid. Papæus, deciſio. 411.* nec dotis priuilegium ad alios tranſit ab illis quibus nominatim datur, *l. 1. de priuileg. dot.* in quo lapſus eſt Franciſcus Mignonus, ratus hoc ius cedi poſſe, *in commenta. ad conſuetud. Andegauen. part. 12. artic. 347.*

2 ¶Quod † intelligendum eſt, quando proximi alii ſuperſunt: nam ſi nullus alius, quam is, qui poteſt redhibere, ſupereſt, is poterit extraneo hoc ius vendere & cedere, aliter nequaquam. In quo differt hæc redhibitio gentilitia a pactitia, quæ cedi libere poteſt extraneo & cuilibet, *Barbatia. conſil. 51. 1. volum. colum. 24.* Quia ex ſententia Bartoli, qui habet ius ingrediendi fundum debitoris propria auctoritate, poteſt illud cui libuerit libere cedere, *Barto. in l. 1 §. vſufructuarius per eum textum, nu. 2. de ope. nou. nuntia.* Notat & Ioannes Faber, axioma hoc, cedi non poſſe ius accreſcendi, interpretandum, vt non poſſit cedi ante obſignationem & oblationem pretii: verum poſtea poſſit, & intra annum & diem, *Ioannes Faber in §. ex non ſcripto, de iure natural.* atque ſecundum hanc ſententiam iudicatum fuit, *Ioannes Papus libr. 11. Rhapſo. areſto. tit. 7. areſto 4.*

## De Legibus, ſecundum quas retractus fieri debet. Cap. 19.

1 *Retractus gentilitius conſuetudinibus regitur locorum, vbi res ſitæ ſunt.*

2 *Et lege conuentionis.*

1 IN † forma præſcribenda retractui, ſequendæ ſunt conſuetudines locorum, in quibus res ſitæ ſint, quæ væneunt: non autem locorum, quæ incolunt vendentes aut retrahentes. Quia hoc ius maxime res ipſas conſiderat: ideo ſi alienigena vendat rem in loco conſuetudinario, vbi retractus fit, ſitam, retractui ſubiicitur: & contra ſi is qui in loco retractus habitat alibi ſitam rem, vbi retractus non eſt conſuetudo, vendat, illa libera a retractu erit, *Tiraquel. in tracta. de retra. gentil. §. 1. glo. 1. nu 1. 2. 3. Ioannes Faber in l. cunctos populos, collat. 5. de ſumma trin.* Sic enim generaliter, dum de rebus agitur, ſequimur conſuetudinem locorum vbi ſitæ ſunt, *l. ſi ſine herede, §. Lucius, de adminiſtra. tutor. P. l. venditor, § ſi conſtat commun. prædior l. forma cenſuali, de cenſib in P.*

2 ¶Adhibenda † tamen venditionis formula, & perpendendum num conditionalis, an cum pacto redhibitionis, vel alio modo facta, vnde gentilitia redhibitio, vt ſupra docui, diſtinctionem recipit.

## Praxis & modus conſtituendi & proſequendi actionem in retractu, cuius ſit generis. Cap. 20.

1 *& ſeq. Retrahendi res venditas per proximiorem praxis & methodus.*

1 NVnc, † explicata fere omni ſubſtantia retractus, de methodo agendi pauca ſubiiciamus. Primum itaque proximus extra iudicium debet interpellare emtorem, vt ſecundum conſuetudinem iuri huic ſatisfaciat, *vt Ruth. c. 2. l. quidam Iberus de ſeruitu. vrba. præd.* Sic enim olim proponebantur omnes actiones perſonales, denuntiatione præcedente, vnde condictiones dictæ, *§. appellamus, de actio.* Quod ſi extra iudicium amice non poſſit conſequi quod petit, inſtituit actionē perſonalem in rem ſcriptam, quæ & comitatur rei detentorem, ſicut & realis, & quę ad exhibendum intentatur, *l. 3. § eſt autem & ibi glo. ad exhib. in P. l. ſi. §. ſi. de contrah. em. in P. l. metum, 9. §. fin. de eo quod met. cauſ.* Et exemplo reſtitutionis in integrum proximus experietur, non ſolum aduerſus emtorem, ſed & ad eum, qui ab emente emit, *l. minor 25. annis, 39 de euict. in P.* quod non proprie actioni perſonali ſed petitioni in rem competit, *l. actionum, de actio in P. l. cum qui, C. eo. tit. l. cogi, §. vnde quæritur, ad Trebell.* Atque quando conſuetudo tribuit ius in re, agi actione reali tradit Ioannes Faber *in l. 2. 4. capite, quæ ſit longa conſuetud. Cod.* & poſſe etiam in hac retractus cauſſa agi reali defendit, *Ioannes Faber in §. ex non ſcripto, verſicul. circa 4. columm. 3. de iure natural.* Ego lubens huic ſententiæ accedo, quanquam ſciam alios opinari agi oportere condictione ex lege ſtatuti: & Chaſſanæum in definienda hac actione variaſſe, modo perſonalem nominans, *Chaſſanæus in titulum de retractu, §. 1. ad verba leg. penultim. rachepter, in conſuetu. Burgund.* modo non pure perſonalem, ſed perſonalem in rem, *idem Chaſſan. in dict. titul. §. 11. ad verba, le detenteur, verſicul. ſed qua actione.* Alios ſcio perſonalem tantum arbitratos, vt Catonem Ruinenſem, *conſil. 76. columm. 3. numer. 9. libr. 1.* Bartholomæum, Cæpollam *conſil. 43. cauſſar. ciuil. incipiente clariſſime, columm. 3. verſicul. 2 & conſi. 65. verſic. primum quia dominus*, Arnoldum Ferronum, *ad conſuetud. Burdegal. titul. de retractu, §. 1.* qui ideo conueniendum a proximo emtorem putat, in loco domicilii tantum: cum tamen alii dicant poſſe conueniri emtorem ad redhibitionem faciendam, non tantum in loco domicilii, ſed etiam vbi res ſita eſt, realium actionum exemplo, *vt in l. final. Cod. vbi in rem actio. l. 1. Cod. vbi de hereditat. agi oporteat, gloſſ. & Docto. in ca. final. de foro competenti.* Secundum quam ſententiam, vt æquiorem, iudicatum fuiſſe in curia ſuprema Lutetiæ Pariſiorum, 22. Decembr. 1545. refert Papo *in Rhapſo. areſtorum, libr. 11. titu. 7. areſt. 24.* vtroque enim in loco, in actione perſonali in rem ſcripta, ſicut in actione in rem conueniri reus poterit, *cap. ex parte, & ibi Innocen. de foro competent. & poſt eum Hoſtienſ. & ceteri.* Atque conſuetudines quædam de retractu agentes, nominatim iubent adiri iudices locorum, vbi res ſitæ ſint, *in conſuetu. Barbonenſ. ca. 527. Cenomanenſ. c. 392. Andegauenſi, 382. &c.*

## Quid præſtare vel offerre debeat proximus emtori, & emtor proximo. Cap. 21.

1 *& ſeq. Redhibere volens quid iure proximitatis, quid præſtare debeat emtori.*

2 *In Redhibitione ædilitia quid reſtituendum vtrinque.*

3 *Damnum vnde dictum.*

4 *Proximus quale pretium emtori ſecundo, redhibendo reſtituat.*

5 *Impenſæ quæ repetuntur, quando retrahitur res.*

6 *Fructus perceptos emtor a quo redhibetur, non tenetur reſtituere.*

7 *Redhibitionis gentilitiæ & ædilitiæ differentia.*

STatuunt † vno conſenſu conſuetudines omnes, partes proximi in retractu eſſe, vt pretium emtori reſtituat, cum impenſis legitimis in rem factis. Pretium æquale dato ab emtore eſſe debet, *ca. conſtitutus, de reſtitu. in integr. §. pe. qualiter olim poterat feudum alienari, l. ſi in emtionem in fine de minorib. 25. an. l. intra vtile, §. fin. eod. tit. §. 1. per quos fiat inueſti. in vſi. feud. l. ad officium, C. com. diuid.* Et pretii quoque nomine intelligitur, quodcunque pretii cauſſa additum eſt emtioni, *le. fundi partem, de contr. emt. P.* 1

¶Ordo † namque redhibitionis ædilitiæ etiam eſt, vt qui petit alium aliquid dare, vel facere, vt ipſe faciat, vel det, primum ex ſuo præſtare, quam recipere, *Vlp. in l. ædiles etiam, 25. §. fin. & Pau. in l. videamus, 26. le. cum autem, § Iulianus, de ædilit. edict. P. facit leg. Iulianus, § offerri, de actio. emt. P. l. venditor, §. fin. commu. prædiorum, P.* Et notant interpretes pretium ſtatim ei ſoluendum, qui vendere cogitur, *glo. in l. 1. ad verb. neceſſitatem, & ibi Bal. de commu. ſeruo. manumiſſ.* Quia ſi ipſe libere vendidiſſet, non teneretur habere, ſi nollet fidem de pretio, *§. item pretium, de emt. ap. Iuſt.* Quæ pretio accedunt quoque, emtori ſoluenda, vt vſuræ & ſi quid emtionis nomine erogatum eſt: ſi tamen propter neceſſitatem, contractus dederit, non autem ſi ſponte, vt recte docet Vlpianus *in l. debet, 27. & in le. illud, 29. de ædilit. edict. P.* Item omnia reliqua præſtantur, quæ indemnem reddant: ſi quid propter rem condemnationis emtor ſubierit, *l. item ſi ſerui, 30. de ædili. edict. P.* 2

¶Damnum † porro cum dicatur a diminutione patrimonii, *l. 3. de damno infect. P.* intelligitur deducto omni lucro, vt lucrum deducto omni damno, *l. Mutius, pro ſoc.* 3

¶Si † tamen prior emtor, alteri pluris vendiderit, quam emerit proximus, qui ratione prioris emtionis retrahit, pretium tantum prius, non quod pluris vendita res eſt, tenetur exſoluere poſſeſſori, *Chaſſanæus in titul. de retract. §. 11. ad verba le detenteur, gloſſ. 1. ad conſuetud. Burgund. accedit Paul. Iuriſconſ. in leg. poſtliminium, 19. §. ſi is qui emerat, de capti. lib. 49. P. tit. 15.* At impenſæ neceſſariæ in rei conſeruationem factæ augent pretium, *in l. in ſumma, 6. de pign. C. lib. 8. tit. 4. Pompon. in l. ſi neceſſarias, 8. de pignor. acti. lib. 13. P.* 4

*tit.7.l creditor,qui in 2.eo.tit.* Vtiles autem ex arbitrio iudicis tem-
peramentum accipient, vt neque delicatus retrahens, neque o-
neroſus creditor ſeu emtor, audiatur, vt ait Vlpianus, *l.ſi in ſeruos
pignoratos,25. de pign.acti. P.* Et vt Celſus *in l. in fundo, 39. de rei
vin.in P.* ne plus in rem verſum videatur, quam res ſit, etſi plus
expenſum ſit, *Caius in l.ſi fundum,12. de in rem verſa.P.lib.15.tit.3.*
5 ¶ Eſt † tamen aurea, vt opinor, gloſſella, *gl. in l.in fundo, in verbo
plus pretio de rei vin.in P.* quæ tradit ex mente Azonis, quod ſi di-
ues ſit qui repetit, vel retrahit rem, exceptione ſubmoueri po-
teſt, niſi impenſas quoque vtiles cum neceſſariis ſoluat. Cui ſub-
ſcribit Angelus Aretinus *in § certe illud, verſ. ſed eſt adhibenda di-
ſti. de rer. diuiſ.* cum æquum non ſit aliquem locupletari cum al-
terius iactura *ca.locupletari, de regu.iur. in Sex. l.iure naturæ,eo.tit.
in P.* & *l.nam hoc natura de condict.indeb.P.* Et quilibet bonæ fidei
poſſeſſor, neceſſarias ſemper recipit impenſas, *l. domum quam,5.
de rei vindi. lib. 3. C. tit. 32.* & earum nomine ius retentionis re-
rum habet, *l.ſi in area tua, de condict.indeb. lib.12.P.tit.6. §.certe il-
lud, de rer. diuiſ.* Vtiles autem eatenus repetit, aut ſubducit, qua-
tenus locupletior eſt futurus dominus: niſi paratus ſit petitor,
pati factum in re tolli, ſi fieri poſſit, *l ſin autem,28. §.in repetita,*&
*d.l. in fundo, de rei vindic. P.* Malæ fidei quoque poſſeſſor inter-
dum etiam vtiles repetit, ſed non exceptione doli, vt bonæ fidei
poſſeſſor, ſed officio iudicis, *gl.in d.§.in repetita, in verb. ſi poſſeſſor,
per dictam l.in fundo,* & *per l.plane,42.de petitio.hered.lib.5.P.tit.31.
Vlp.in l.Iulianus,in 2.38.de rei vindi. P.* Et ſic ante litem conteſta-
tam, per exceptionem doli repetit vtiles: poſt litem conteſta-
tam, vt effectus malæ fidei poſſeſſor, officio iudicis, *l ædiles, in 1.§.
item ſciendum, de ædil.edict. d.l. plane.* Et proinde hic proximus,
qui retrahere rem deſiderat, ad eas omnes emtori, qui eſt bonæ
fidei poſſeſſor, tenetur, vtpote qui mercatus eſt nulla lege pro-
hibente, *argum.l.quemadmodum,de agric.* & *cenſi.lib.11. C.* Et hoc
expreſſe reſpondit Angelus Aretinus, *in l.1.§ ſi.de oper. no.nuntia.*
quem refert Guido Papæ. *quæſt.257.num.3.* & Baldus probat,
*conſil.250.volum.3.* Succurrit huic ſententiæ Scæuolæ reſpon-
ſum, quo idipſum in reſtitutione in integrum minorum caue-
tur, *l.intra vtile,46.§.vendentibus,de minor.25 annis, P.facit l.1 C.
de reputat.* maxime quia emtor habet titulum a vero domino, *l.ſi
cum aurum, de donat.* & quando factum tranſit in retrahentem.
Quo fit, vt exiſtimet Chaſſanæus, reddi debere emtori, quæ im-
petit circa confectionem inſtrumenti venditionis: quia & tene-
tur ipſum cedere redhibenti, *Chaſſanæus, in conſuet. Burgun.titu.
de retract. §.1.ad verba, les fraiz raiſonnables.* Porro quod ad volu-
ptarias impenſas pertinet, proximus ad eas non tenetur: ſi ta-
men facta commode euelli a re poſſint, debet pati ea tolli, *l pro
voluptariis,de impenſ.in rem dot.fact.* quæ auferri nequeunt, dona-
ta videntur, *§ ex diuerſo, de rer.diuiſ.* Quare emtor non petet re-
cte quæ impendit voluntarie in proxenetam, qui curauit, vt res
venderetur, *gl.in l.debet, de ædil. edict.* Niſi communi conſenſu
emtoris & venditoris ad proxenetam, vt ad medium & arbi-
trum pretii itum fuerit, *Azo in ſumma tituli de ædil. acti. num. 12.*
6 ¶ Emtori † hæc itaque præſtari quæ diximus, proximum retra-
hentem debere conſtat. At emtor contra reſtituit rem his acce-
ptis. Ceterum num fructus ex re emta ſuſceptos reſtituere, aut
ſaltem compenſare cum impenſis factis teneatur, quæſtionis
eſt. In qua breuiter reſpondeo, emtorem pendente tempore,
quo non retraxit proximus, fructus ſuos facere quos percepit:
ideo eos nec compenſare, nec reſtituere teneri, *Ioannes Faber in
§.actionum collat.3. verſi.* & *iſta faciunt, de actio. Alberi.de Roſato,
in 1.parte ſtatutor. q. 97.* Quia hic fuit bonæ fidei emtor & poſſeſ-
ſor, qui facit fructus ſuos: & tenetur tantum ante litis conteſta-
tionem ad exſtantes, poſtea ad conſumtos, *l.certum. 22. C.de rei
vindic.l.qui ſcit,25. de vſur. in P.l.ſi apes, in fine de furtis, P.l. bonæ fi-
dei, 48. iuncta gloſſ. in verbo pene, de acq rer. domi.* vti a tempore
moræ, quæ tantum a tempore conſignationis, & depoſitionis
pretii per proximum factæ committitur, *l.hæc conditio, de condit.*
& *demonſtrat.P.l.2.de fruct.* & *lit.expenſ.lib.7.C.tit.51.* Quia ne-
que rem habere, vel ſibi deberi dicere poteſt proximus, eo quod
ius habeat tantum acquirendi, ſi velit: nam inter acquiſita & ac-
quirenda multum intereſt. Quemadmodum neque is cui ade-
undi ius eſt, ideo heres dicetur, niſi adierit. Et præpoſterum eſt,
nos ante locupletiores dici, quam acquiſierimus, *l.pretia rerum,
63.ad leg. Falc.lib.35 P.tit.2.* Sic in pacto redhibitionis, ſeu de re-
trouendendo, emtor medii temporis fructus perceptos ſuos fa-
cit, *Bald.Paul.* & *Caſtren.in l.2. de pact. inter emt. Angelus conſi 51.*
Et maritus qui fundum habet æſtimatum quandiu pretium non
ſoluitur a muliere, fructus facit ſuos. *l.ſi.§.fin.de fun.dot.in P.* ¶ In
quo † noſtra gentilitia redhibitio, differt ab ædilitia, in qua re- 7
ſtituit emtor fructus, recipiendo pretium, *l.illud ſciendum,29.* &
*l cum autem, 23. §. cum autem redhibetur, de ædilit. edict.* eo quod
emtio omnino per illam redhibitionem reſoluitur: quod aliter
in gentilitia obſeruatur, in qua ea non poteſt competere proxi-
mo, niſi firma manente prima, veluti iure prælationis in valida
emtione, concurrente proximo cum extraneo, vel remotiore.
Eadem quoque diſtinctione reſolutionis diſtat a pacto addicti-
onis in diem, quo locum habente, fructus reſtituuntur ab em-
tore primo, *l.ſi venditor, §.fi. de in diem addict. P.* quia reſoluatur
omnino emtio, *l.1.* & *2. eod.titu.* Idipſum lege commiſſoria di-
cendum *l.leg fundo,5.* & *l.1.de lege commiſſ.in P.*

## Quantum pro iuſto pretio ſolui in redhibitione debet a proximo emtori. Cap.22.

1 *Pretium iuſtum in redhibitione eſt, quod ſolutum eſt.*
2 *Idem in retentione iure prælationis dominicæ.*
3 *Proximus creditor quomodo ceteris præferatur.*
4 *Retractio proximi non mutat formam emtionis.*

PRetium † ſolui, vel offerri debet emtori, non quod iuſtum 1
videbitur, proximo retrahere volenti: ſed illud ipſum quod
extraneus, vel remotior paratus eſt dare, vel dedit pro re: alio-
quin proximus non admittitur, tanquam non offerens iuſtum
pretium, *l.ad officium, commu.diuid.in P. Aluarotus in §.ſed* & *re,
per illum textum, col.2.ver. quid autem ſi agnatus, per quos fiat inue-
ſtitu.feud. in Feud Bal in l.2. in fin.quæſt. de reſcin. vend.* Et quan-
quam illud vere excedat iuſtum pretium, quod datum eſt: tamen
reſtituendum eſt, *Ioannes Andreas, titul. de emtione, §.nunc viden-
dum, in additionibus ad Speculatorem, Tiraquel.in titul.de retract.
gentil. §.1.gl.18.num.4.* & *5.* & *10.* vt contra, emtor non poteſt
maius pretium, quam cum venditore conuenerit, petere. *Arno.
Ferronus, titu.de retractu, § 7. in conſue. Burdegalenſ.* Reſque tanti
eſt, quanti vendi potuit, *l.pretia rerum, ad l.Falcid. P.l.ſi.§.ſi. C.de
administ.tutor.* tantumque reddendum emtori: vel contra natu-
ram emtionis eſſet, vt ea ex vnius penderet arbitrio, *l.in venden-
tu, de contrah.emt. C. l. quod ſæpe, §.1. eo.ti.in P.* & vt gratioſe quis
cogeretur contrahere.
¶ Facit † quod dominus emphytheota vendente ſuas melio- 2
rationes, non vtitur iure prælationis, niſi quanti plurimi alius
obtulerit, ipſe offerat, *l.ſi. C. de iure emphytheo.c potuit, de loca.ap.
Grego.* ¶ Similiter † antiquior fiſcalium rerum conductor, de- 3
bet præferri extraneis in noua conductione, dummodo idem
pretium, quod ceteri offerat. *l ſin.de loca.fundorum ciuita.libr.11.
C.* Neque præferuntur cognati creditores, ratione ſanguinis ce-
teris creditoribus, in rerum debitoris emtione: niſi tantundem
ac ceteri offerendo, *l.1.de priuileg creditor.in P.* ¶ Atque † hic per- 4
pendendum eſt, proximum non alio modo poſtulare retra-
ctum, quam per viam ſubrogationis, vt in locum emtoris veni-
at: & proinde eodem iure vti debere. *ca.eccleſia, vt lite pendente.l.
Imperator,72 § final.* & *l.ſequent.de legat.2.* rata manente conuen-
tione, quam vel amplecti cum ſuis conditionibus debet, vel e-
am prætermittere.

## De Oblatione & Conſignatione pretii & impenſarum. Cap.23.

1 *Oblatio & conſignatio pretii & aliarum rerum, qualis fieri debet in retractu.*
*Retrahens iure proximitatis quomodo debeat offerre & conſignare, eod.*
2 *Oblatio realis eſſe debet, & in numerato, nec verbalis ſufficit, niſi in iudicio.*
3 *Oblatio pecuniæ recte noctu non fit.*
4 *Oblatio legitima debiti vbi, & quomodo facienda eſt.*
5 *Depoſitio legitima debiti oblationem ſequitur & vbi fiat.*
6 *Depoſitæ pecuniæ debitæ periculum ad quem pertineat.*

PRoximus, † qui retrahere deſiderat, debet pretium offerre 1
cum impenſis omnibus, ad quas diximus eum teneri: nec ex-
ſpectare debet peti ab emtore, cum oblatio ſit vltronea & ſine
petitione, *glo.in cle.ſæpe, in verbo neceſſario, poſt principium de ver-
bo.ſignific.l.fideicommiſſa §.ſi res, de leg.3. vide hac de re fuſe tractan-
tem Tiraquellum in retractu gentilitio, §.1.glo.17.nu.2.* & *5.* Pretium
integrum offerri debet, *leg. Iulianus, §. offerre, de action. emt. P.
leg. ſi plures, Cod. de condit. inſertis,* cum eo quod intereſt, *leg. ac-
ceptam,* & *ibi Baldus quæſtion.8. de vſur. Bartol. in leg ſed ſi alia, de*

conſtitu.pecunia, realiter, non verbo tenus. Nam qui aliquid face-
re tenetur, vt quippiam aliud conſequatur, vel facere vel offerre
tenetur, Bald. in §. licet, ſi de feudo defuncti fuerit contentio inter do-
mi. & cogna. defun. per l. ſi reſiduum, l. 5. de diſtract. pignor. C. ſubſcri-
bit Iaſon in præludiis Feudorum, col. 22. verſi. quarto ad id adduco. Si
conſtet proximiori quale, quantumque ſit pretium, illud debet
offerre: ſi ex parte conſtet, id quod liquidum eſt ſoluat, vel de-
ponat, & pro parte non liquida ſe paratum eſſe offerat, iuxta l.
quidam, de reb. credit. in P. l. ſtatu. liber. & leg. ſeruus, de ſtatu. liber. P.
Ratione enim non liquidi, non ſoluti, in moram non poteſt in-
cidere, l. in fideicommiſſi, de vſur. in P. leg. cum fideicommiſſum, de
confeſſio. leg. 2. C. de vſur. Si ignoret pretium emtionis proximus,
ſufficit ſi aliquam certam pecuniam offerat, conſignet & depo-
nat pro pretio, & impenſis legitimis, cum proteſtatione & obla-
tione, ſe paratum eſſe reſtituere, ſi quid amplius exſolutum do-
2 ceatur, Boerius in §. 4. de retract. in conſuetu. Burgun. ¶ Verum, †
quod liquidum eſſe debet re ipſa offerre, & præſente pecunia: a-
liter nihil prodeſt oblatio, l. qui decem, §. idem reſponſum, de ſolut.
in P. Mattheus Matheſilanus ſing. 129. poſt Bart. in l. prætor ait, §. ſi
quis alias, l. ſi quis, de oper. noui nuntia. nam in illa ad effectum con-
ſequendum exigitur, vel ſolutio, ſi emtor acceptet, & ſe para-
tum accipere dicat, & tunc nihil verbo opus eſt offerre, & ſe pa-
ratum dicere ſoluere, ſed facto & numeratione, l. qui decem, §. 1.
verſic. idem reſponſum, de ſolutio. P. ca. 1. & ibi gloſſ. de eo, qui mittit
in poſſeſſ. cauſ. rei ſeruandæ, vel ſi nolit, depoſitio & conſignatio re-
alis exigitur, aliter inefficax eius interpellatio, qui verbis offert,
l. obſignatione, C. de ſolut. leg. fundus qui Lucii Titii, 9. de reſci. vend.
P. l. ſi reſiduum, de diſtract. pig. & l. ſi prius, C. eod. l. ſi a te, C. de pact. l.
dos data, C. de donat. ant. nup. niſi forte verbalis oblatio in iudicio
facta fuerit, in l. ſi rem, in 1. §. fi. de pigno. act. P. Quamobrem cauere
ſibi debent emtores & diligentius proſpicere, ne temere cre-
dant offerenti, & dicenti proximo ſe pecuniam in præſenti ha-
bere in ſacculo, vel loculis paratam & integram. Etenim non
ſufficit emtori eam conſignatam loculis offerre, aut palam ef-
fundere in menſa, vel alibi, niſi ea numerata ſit præſente emto-
re, & præſente creditore, aut teſtibus, Ludoui. Roma. conſil. 352.
cum alioquin non conſtaret, quid offerretur, & quantum, l. 1. §.
ſi ciſta. depoſ. in P. Bal. in l. ſi ſeruus, de vulga. in 11. quæ. & Bart. in l.
acceptam, C. de vſur. Conſtituitque Papinianus differentiam, in-
ter pecuniam debitam numeratam & pecuniam demonſtratam
debitoris, propter numerationem, in leg. ſed ſi certos numos, 5. de
lega. 1. leg. hæc venditio, §. 1. de contra. emt. Sufficiet tamen, recu-
ſante pecuniam emtore, proximum offerre pecuniam conclu-
ſam marſupio, quam tamen antea numerauerit præſentibus te-
ſtibus, gloſſ. in §. illud in verbo conteſtetur, ti. vt ex actio. inſtante do-
tis, &c. in Authenticis, Bart. in l. cum ſeruus, de condit. & demonſtr.
Sed etſi parato numerare offerente, emtor non fuerit paſſus, vt
puta recuſans & pretium & retractum, ſufficiet obtuliſſe & de-
poſuiſſe ſine numeratione, Alexand. in l. ſi mora, column. 4. ſolut.
matrimon.

3 ¶ Vitioſa † eſt tamen oblatio quæ clam fit, l. fin. de ritu nupt. P.
nec ſufficiens: non ſecus, quam ea quæ noctu fit, quæ merito vt
non probe facta reiici poteſt, gl. in l. nunc, & l. ſi ſoluturus, de ſolut.
P. Si ſolidum quoque non contineat, cum ſolutio partium, non
4 minima incommoda habeat, l. 3. famil. erciſcun. ¶ Atque † obla-
tio proba, debet fieri in domo creditoris, ſi ſit eiuſdem fori cum
offerente, non aliter, Baldus in l. acceptam, qu. 12. & ibi glo. de vſur.
facit l. fin. de conditio. inſertis, & l. pen. §. fin. de conditio & demonſtra.
niſi alibi de ſolutione facienda conuentum eſſet: nam ibi offe-
rendum vbi ſoluendum. Et ſatius etiam erit, ſi proximus curet
oblationem fieri in loco vbi reſidet emtor, vel ſi alibi eum re-
pererit commode: neque hic cum diuerſi eſt fori exſpectare de-
bet, vt creditor, emtor, eum interpellet, vt in ceteris creditori-
bus & debitoribus paratis ſi interpellentur, receptum eſt, l. Mæ-
uia, §. fi. de annuis lega. in P. in l. item illam, 18. in verbis petitor non
venit, & ibi gl. de conſti. pecu. P. l. mediterranea, de ann. & tribut. lib.
10. C. tit. 16. l. pro locis, 5. eo. tit. Quia proximi cauſſa agitur, vt intra
tempus præſtitum redimat, & elapſo offerre non poſſit. Abſen-
te emtore, aditur iudex, qui ea de cauſſa ſtatuit, de oblatione l. ſi
5 creditori, de vſu. C. l. in pignoribus, § pen. de non nume. pec. ¶ Si † em-
tor interpellatus de retractu reiiciat oblationem factam a pro-
ximo, conteſtatione facta, proximus conſignabit, & deponet pe-
cuniam oblatam, in l. ſi priuſquam, de diſtra. pig. C. dicto §. illud, vt
ex actio inſtante prima dot. &c. & ita ius ſibi acquiret, l. 1. § ſin au-
tem, de commu. ſeruor. manumiſſ. C. leg. ait prætor, § ſed etſi pecunia,
de min. 25. ann. l. 1. §. ſi pecuniam, depoſ. P. l. 1. §. ſin autem ſocius, de
commu. ſeruo. manumiſſ. non aliter, l. 2. debitorem vendit. pignor.
impedire non poſſ. lib. 8. C. tit. 29. l. obſignatione, C. de ſolut. l. acceptam,
C. de vſu. l. fi. C. de tuitio. pig. l. fin. de leg. commiſſ. P. l. 1. qui potior. in pig.
C. Oblatio depoſitionem præcedit, non contra: quanquam ali-
quando depoſitam ſufficiat indicare aduerſario, qui rem dare
debet, vbi poſſeſſio non eſt tradita, glo. in l. 2. C. de vſur. l. curabit,
de actio. emt. C. l. Iulianus, §. ex vendito, & l. liberalitatis, §. fi. eo. tit in
P. Deponitur pecunia, vel apud ædem ſacram, vt plerumque o-
lim, l. 1. §. ſin autem ſocius, de commu. ſeruo. manumiſ. C. vel alio loco
publico tuto, l. acceptam, de vſur. vel apud quem iudex iubebit, l.
fi. de lege commiſſ. P. l. ſi ſtipulatus, §. ſi locum, de ſolut. in P. l. ait prætor,
§. permittitur, de minor. in P. ¶ Tutiuſque † ſibi proximus conſu- 6
let, ſi, auctore iudice, locus vel depoſitarius oblatæ pecuniæ eli-
gatur, eoque a periculo pecuniæ omni ei electioni ſatisfaciens
proximus deponens, liberatur, ſi loco minus tuto committatur
pecunia: cuius tamen eſſet obſtrictus ſi ipſe deponeret ex arbi-
trio, Bal. in d. l. acceptam, 10. de vſur. facit l. ſi ſoluturus, 39. de ſolut. lib.
46. P. tit. 3. & ibi Bart.

## De Tempore ad retrahendum conceſſo. Cap. 24.

1 *Retrahendi tempus datum iure proximis, annus & dies a die ſai-
ſinæ.*
*Conſuetudines tamen locales potiores, eod.*

IVs † pontificium refert retrahendi tempus datum proximis, 1
eſſe annum & diem, l. conſtitutus, de reſtitutio. in integr. Ioannes
Gallus meminit, curiæ ſupremæ Pariſiorum placito, anni 1269.
pronuntiatum, retrahentem venire debere intra annum & diē,
a die inueſtituræ & ſaiſinæ, id eſt, ademtionis poſſeſſionis em-
toris, Ioannes Gallus in quæſtio. deciſis, per areſta parlament. areſto in-
cipiente, cum domina Iſabella. Quod intelligendum, ſi localis con-
ſtitutio aliud, vel breuius, vel longius definierit tempus, quod
ſequendum eſt, nec dubium quidem eſt, elapſo termino ſcienti-
bus non dari regreſſum, Paul. Caſtr. conſil. 350. incipiente præfata
reformatio, & conſil. 429. incipiente, circa primum volum. 1. probat §.
porro, qualiter olim feudum poterat aliena. in lib. Feud. veluti ſequu-
ta ex lapſu termini tacita, & irreuocabili iuris conceſſi repudia-
tione, quæ nec prætextu ignorantiæ iuris redintegratur, l. ſi e-
mancipata, 3. de iur. & fac. igno. lib. 1. C. tit. 21. l. 2. quis ordo in bonor.
poſſeſſ. ſerue. in P. l. 4. qui admit. ad bonor. poſſeſſ. poſſ. C. l. 1. largius, de
ſucceſ. edict. l. facta, §. ſi quis bonorum, ad ſenatuſ. Trebellian. l. 1. de v-
ſuca. transfor. C. l. annus, de calumnia. in P. Currit & præſcriptio
hæc annalis vt & triennalis contra minores etiam, ex ſententia
Franciſci Mignonis in commenta. ad conſuetut. Andegauenſium,
part. 12. in arti. 346. num. 20. Quia conſuetudines ſunt ſtricti iu-
ris, l. 1. §. ſi is qui nauem, de exercit. actio. & conſtringunt etiam mi-
nores, l. ſi ſine herede, §. Lucius, de admi. tut. l. Æmylius Largianus,
de minorib. P. Sed num poſſint aduerſus hanc moram reſtitui,
ſubſiſto, & ſi liceat ſententiam proferre, puto reſtituendos, per l.
ſi emtionem, de minor. c. conſtitutus, de reſtit. in integr. Boerius ad §. 1.
de retra. in conſuetud. Biturig. Guido Papæ. dec. 257. Sed num ven-
ditione facta cum pacto redhibitionis, ſeu, vt dicunt, de retro-
uendendo, tempus redhibendi proximis conceſſum, incipiat a
tempore contractus, aut a tempore diei appoſiti venditioni,
non explicabo: cum hanc quæſtionem docte & fuſe Tiraquel-
lus explicauerit, quem conſules, Tiraquell. in tracta. de retractu
conuentionali, in §. 2. gl. 1. num. 32. Sunt hic namque & interpre-
tum contrariæ ſententiæ: quia & conſuetudinum varii vſus, qui-
bus potius adhærendum cenſeo.

## Finis, Rationes & Cauſſæ iuris retractus gentilitii. Cap. 25.

1 *Redhibitionis gentilitiæ finis præcipuus conſeruatio familia-
rum.*
*Hereditaria maiorum vendere, turpe Lacedæmoniis, eod.*
*Familiarum ſplendorem conſeruari Reipublicæ intereſt, eod.*
2 *Conſuetudo cur ſeruanda.*
3 *Et quid.*
*Proximitatis ius dat cauſſam ſucceſſioni, & retractui, eodem.*
*Et gradus affectionem auget, quo proximior, eod.*

FInis, † vt opinor, redhibitionis gentilitiæ præcipuus eſt, con- 1
ſeruatio bonorum in familia, ne maiorum ſplendor, & eo-
rum inſignia in extraneos tranſeant: & ne miſceantur familiaria,
Num. c. fin. Leuit. 35. Quare apud Lacedæmonios aut prædia, aut
terram vendere de vetuſta maiorum hereditate, turpitudo non

exigua putabatur: neque vero licebat, vt refert Heraclides *lib. de poſitis, in republi. Lacedæm.* Et Menander dicebat:

Ὀδυνηρὸν ἐϛιν εὐτυχοῦντα τῷ βίῳ
Ἔχειν ἔρημον διαδόχου τὴν οἰκίαν.

Id eſt:

*Res eſt plena doloris, ei qui vixit beatus, ſucceſſore deſertam domum relinquere.* Reipublicæ quoque intereſt, vt ordinum & familiarum dignitas ſalua ſit, *l.1. §. quamuis, & §. ſed etſi ſeruus, de ventre inſpiciend. in P.* & ne ſordidæ ſtirpes ſplendidiſſimis & ingenuis natalibus ſubrogentur, *le. ſuper ſtatu. de quæſt. C.* Et Auguſtus ad populum: nec domum, inquit, pupillorum, tutoribus vendere liceat, in qua defecit pater, minor creuit, in qua maiorum imagines, aut non videre fixas, aut reuulſas videre, ſatis eſt lugubre, *l. lex quæ tutores, 22. §. & tolerabilius, de adminiſtra. tutor. libr. 5. C. tit. 37.* Atque procul dubio valet lex impoſita rebus a priuatis, ne extra familiam res alienetur, *l. cum pater, §. libertis, de l. 3. l. peto, 71.*
2 *§. fratre herede inſtituto, eod. titu.* ¶ Rationes † porro, quæ conſuetudines fulciunt retractus, plures ſunt: ſed potiſſimum quod mores recepti, ſunt legum nerui, *l. de quibus. l. ſed & ea quæ, l. ergo, de lega. in P. §. ſine ſcripto, de iure natu. in P.* veluti ex conuentione ſeruantibus morem incolis: ſiquidem & conuentionem ineſſe
3 conſuetudini dixit Plato *in Cratylo.* ¶ Facit † & cauſſa proximitatis locum retractui potiorem, quæ & cauſſam potiorem habet ſuccedendi ab inteſtato deficientibus, *Maſuerius in ſua practica iudicior. in princip. verſ. ille tamen, tit. de retract. Boerius quæſt. 13. numer. 22.* Et quia poteſt efficere lex ne res ad extraneos alienatione perueniat, *l. 1. non licere habitator. metroc. & c. lib. 11. C. titu. 55. l. dudum, in fin. de contr. emt. l. vnic. ne Chriſtian. mancip. hæretico. vel iud. hab. C.* poterit & idipſum conſuetudo, quæ vim legis habet, *l. diutina, l. homo. l. ſi de interpretatione, & l. nam Imperator, de legib. P. ca. cum dilectus capi. cum olim, de conſuetud. c. certificari, de ſepult.* Et Cicero vel alius ad Herennium, *Conſuetudo eſt*, inquit, *id quod ſine lege, æque ac ſi legitimum ſit, vſitatum eſt. Ius videlicet moribus inſtitutum quod pro lege ſuſcipitur, can. conſuetu. 1. diſtinct.* Proximitas affectionem auget ſecundum gradum eius propinquiorem, de quo & reſponſum eſt, pacto fieri non poſſe, vt vlterior agnatus præferatur in bonis, *le. ſi fratres, 53. § idem reſpondit, pro ſoc. P.* paciſcentis, omitto reliquas rationes, quæ communes ſunt cum ſucceſſione inteſtati proximiorum, ad quos ordine peruenit ſuccedendi facultas. Neque optio eſt hac conſuetudine reſeruata vendenti, vt poſſit remotiorem præponere, ratione eiuſdem ordinis præſcripti. Neque rigor iuris ſcripti, *l. dudum, C. de contrahen. emt. l. 1. commu. diuid.* qui improbare videtur has conſuetudines, conſideratur nunc, cum leges poſteriores derogent prioribus, etiam ex tacito vtentium contrario vſu, *l. de quibus, de legib.*

# DE CONTRACTIBVS RELIQVIS, QVI CONSENSV FIVNT.

## LIBER XXVII.

### De Locatione & Conductione. Cap. 1.

Inſtitutio. Lib. 3. tit. 25. P. Lib. 19. tit. 2. C. Lib. 4 tit. 65. Decretal. 3. tit. 18.

1 *Locationis & conductionis nomine olim promiſcue vſi veteres, vt emtionis & venditionis.*
2 *Locatio vnde dicta.*
*Locator & conductor qui, eod.*
3 *Locationis definitio.*
*Res quæ locari poſſunt, eod.*
4 *Emphyteoſis quid.*
5 *Commiſſum ob defectum ſolutionis, penſionis, emphyteoſeos, an habeat locum in Gallia.*
6 *Libellarius contractus quid.*
7 *Emphyteoſis & locationis differentia.*
8 *Operæ locari poſſunt.*
*Redemtores qui dicantur, eod.*
9 *Mercenarii qui.*
10 *Merces locationis certa eſſe debet.*
11. & 12. *Locare & conducere quæ perſonæ poſſint vel non.*
12 *Milites conducere bona aliorum prohibentur.*
13 *Eccleſiaſticæ perſonæ non poſſunt eſſe conductores bonorum ſecularium.*
14 *Magiſtratus conductores eſſe non poſſunt.*
15 *Tutores curatoreſve conducere non poſſunt.*
16 *Famuli non poſſunt relinquere temere dominos, ſine illorum iuſſu.*
17 *Locationi conſenſus dat legem.*
*Locatio tacito conſenſu quando & quomodo renouatur, eod.*
18 *& ſeq. Locati & conducti actiones quæ.*
*Locati pro quibus datur, eod.*
19 *Colonus vendens rem quam colit, furti damnandus.*
*Locare inuitus non cogitur dominus ſuam rem, eod.*
20 *Iuratur in litem pro locatione, & quando.*
21 *Conductor non ſoluens mercedem expelli poteſt a re locata.*
22 *Conductor mercedis, vel penſionis remiſſionem quando, & pro quibus petit.*
23 *Sterilitate quando remittatur penſio conductori.*
*Sterilitas fructuum quomodo metienda, eod.*
24 *Animalia varia quæ vaſtarunt ciuitates & oppida, & depopulata ſunt fructus.*
25 *Peſtis cauſſa migrans, num renuntiet conductioni, vel ſoluat mercedem.*
26 *Domus a laruis vel ſtrigibus agitata, an renuntiari poſſit a conductore ſine mercede.*
27 *Locatorum quæ reparanda vel reſtituenda vtrinque.*
28 *Locator operis quandiu de vitio eius teneatur.*
*Operis vitium quandiu obliget eum qui fecit, eod.*
27. & 29. *Operis aduerſi periculum quid & ad quem pertinet.*
30 *Nauta de iactu mercium quando teneatur.*
31 *Ex conducto actio cui detur, & pro quibus.*
32 *Conductor rei, ſi frui vel vti ea non poſſit, ad quid agat.*
33 *Locans prædium, vbi mala herba, ad quid teneatur.*
34 *Conductor quibus ex cauſſis, tempore conductionis re conducta expelli poteſt.*
35 *Conductor nulla quantumuis longæua poſſeſſione, præſcribere rem locatam contra dominum poteſt.*

LOcationis † & conductionis nomine promiſcue, & pro eo- 1
dem antiqui vſi ſunt, *l. idemque de actionib. P.* ſicut & emtionis & venditionis, *l. veteres, eo. tit.* Affinis autem cum ſit emtioni locatio, & in bona fide *l. 2. C. de loca. §. actionum de actio.* & origine iuriſgentium, *le. iuriſgentium, de pact. P. l. . loca P.* & in aliis, *l. 2. loca. P. §. 1. eo. tit ap. Iuſtinia.* ſubiicienda eius emtioni tractatio: & ea percurrenda quæ ab emtione etiam diſcedunt & propriam
huic contractui ſubſtantiam conſtituunt. ¶ A † loco locatio- 2
nem & collocationem fieri, tradit Varro *libr. 4 de lingua Latina*, vbi quicquam conſiſtit locus, inquit. Ab eo præco dicitur locare, quoadusque id emitur, quoad in aliquo conſiſtit pretium: inde locarium, quod datur in ſtabulo & taberna vbi conſiſtant. Sic loci muliebres, vbi naſcendi initia conſiſtunt, &c. Vt certe ratione definitæ mercedis, quia in definitione locatum ſit pretium, videatur dicta locatio, *l. 2. loca. P.* qui rem vtendam interuentu pretii dat locator dicitur: qui accipit pretio dato conductor, *vide Budæum, in annotationib. priori. ad Pand. in l. 2. ad leg. Rhod. de*
*iac.* ¶ Erit † autem eius ſubſtantialis finitio, vt ſit, vſus rerum vel 3
operum mediante mercede certa ex conſenſu conceſſio. Ex rebus pendet diuiſio locationis. Res porro quæ in ea conſiderantur, ſunt res ipſæ, quarum vſus locatur, & merces. Res omnis quæ vendi poteſt, & locari poteſt: exceptis ſeruitutibus realibus, *l. locare, 47. locat. P.* cum tamen mixtæ locentur, & vſusfructus, *l. arboribus. de vſufruct. P.* demto vſu qui perſonæ adhæret, *§. nemini cui, & §. ſed ſi cui, de vſu & hab.* Locare poſſunt ideo eccleſiaſticæ perſonæ fructus beneficiorum, vſque ad decem annos, *c. 2. de loca. ap. Greg.* quia illæ ſe fructuarias eſſe arbitrantur, *per glo. in c. præſenti de offi. ord. in Sex. vide Boe. q. 235.* ¶ Poſſunt res alienæ locari, *l. ſi quis domum, 9. & l. ſi tibi alienam, 7. loc. P.* ſed maxime ſi quod ius in illis locanti ſit: niſi aliud conuenit, *l. nemo, C. de loca.* Quare nemo prohibetur rem quam conduxit fruendam alii locare, ſi nihil aliud conuenit *l. nemo prohibetur, 6. C. loc. l. Moſchis. §. ſi. de iu. fiſci*, æque tamen idoneo.

*l. aquiſ-*